




Nota 9-12

1708

29

UNIVERSIDAD DE GRANADA
GRANADA
Salida
Entrada
Tabla
185

33



Materia *9-7463*

ULTIMARVM
VOLVNTATVM DISCV-
TIENDÆ PROFVNDISSIMÆ,
nec non maxima difficultate

intricata,
Tractatus

IN ALIQVOT OBSERVATIONES
cum suis decisionibus & requisitis digestus,

Super Pandect. partem s. lib. 28. cum seqq. concordantib.
lib. succincte conscriptus

Auctore

Laurentio *Francisco*

Cum gr

DE LA LIBRERIA


DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.


E. 2 C. 29. N. 15.

FRANCOFVRTI

Ex Officina Chalcographica M. Zach. Palthenii.

M. D. XCVI.





I DE ORATO.


Domus Iurisperiti est totius oraculum ciuitatis
Omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum
aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt.

PRO CÆCIN.

Maior hæreditas venit vnicuique nostrum a iure &
legibus, quam ab iis, a quibus illa bona relicta sunt.
Nam vt perueniat ad nos fundus, testamento alicuius
fieri potest, vt retineamus quod nostrum est, sine iure
ciuili non potest.


III. OFFICIO.

Hoc spectant leges, hoc volunt, incolumem esse ci-
uium coniunctionem, quam qui dirimunt, eos morte,
exilio, vinculis, damno coercent.



REVERENDIS-
SIMO ET ILLUSTRIS-

SIMO PRINCIPI, AC DOMINO
D. IULIO, Cathedralis Ecclesiæ Wircebur-
gensis Episcopo dignissimo, Franciæ Ori-
entalis Duci inclyto, Domino suo cle-
mentissimo.



*Vandoquidem tam præcla-
rum quam graue etiam iu-
dicii, sapietes & summi Phi-
losophi, animo ingenti &
excelfo, nec ulli antepone-
tes commodum, neq; corporis
neq; fortune bona, si optima
virtute vacarint, expetenda
præclare asseretes, nobis reliquerunt, testimoniū eo-
rum virtuti debitum, vt voluptatum illecebris,
quibus Vlyssis Homericæ socii infamie prorsus ob-
noxii, exuta omni penitus humanitate, dediti fue-
rant omni impetu, haud indulserint, sed ad omnem
virtutis, quæ recta regitur ratione, se contulerint
splendorem: Hoc lumine splendoreq; virtutis men-
tem humanam accensam, quamuis voluptate capi-
atur, cuncta aspicere, cuncta dilucide cernere, siue
ea sint temporis siue eternitatis cunctaq; contemne-*

P R Æ F A T I O

re & reuicere, qua ei tribuuntur: ex quo apparet corporis voluptatem non satis esse dignam hominis praestantia, ideoq; prima aetate comprimendam atq; costringendam, ut ista serpens compressa & illisa moriatur, nemo iure inficiari poterit. Olim itaq; populum Romanum toto terrarum orbe, rerum gestarum gloria insigniter effloruisse, alia insuper civitatum plurimarum imperia magis magisque viribus & opibus aucta fuisse, uniuersa etiam in Graecia Reip. illustrē, triumphantemq; ob solam virtutem claruisse, quam nunc moribus & honestate prolapsam, & sane perductam longius suspenso ingenii prorsus dominationis ambitu, ac iure civitatum violato, ut nusquam non maximas difficultates, vel etiam omnes vitiorum obiectet motus, exploratius quid esse potest. Verum non ambigendum esse, eos qui virtutum magnitudine ceteris antecellunt (praclarum si quidem mihi quiddam videtur adeptus, qui quae in re homines bestiis praestet, ea hominibus antecellat ipsis) easq; externis omnibus praeferrunt commodis: iustitiam potissimum qui omnium virtutum reginam semper obseruant, ac instar maximi numinis venerantur, in Rep. tam diuturna, tam florenti, quam nobili ullam unquam experiri mutabilitatem aut seditioibus affligi, aut ullis posse agitari factionibus, reor. Hac tanto quidem bono ceu virtutis optima pulcerrimo fundamēto auulso, per orbem discurrentis, & quasi peregrinae hospitis capite perditō, simulq; corpore in mūdo de uno in aliū migrantis locum, nec quidem vlla Reip. pars vigeat superstes. Inde enim suam virtus optima cladem accepit,

ubi

P R Æ F A T I O

ubi peregrinos & peruersos in nostram germaniam libere correxerit inuectos mores, ut omittā expilationes, inuasiones, ac iurium patronatus, violationes ex illa morum, praeceptorum, iustitia equitatisq; facta abrogatione, haec omnia accedēte etiam luxu turpissimo vix aut magna cum difficultate possunt recuperari amissa. Quid de Rep. Vestra Celsitud. sentiendum erit? Etsi autem tot fortuna saeuentis fluctibus & maleuolorum hominum iniuriis aliquantulum perturbata, laceffitataq; fuerit: int̄ ernā tamen corporis pulcerrimi dissensionem nunquam admisit, sed insuper consiliis sic valuit maximis, & concordī animorum usu, fortiq; ac sapiente rerum gestarum cura, ob salutem & fortunas eius ab obsidionis periculo & grauiissima expugnatione liberandas, ita euasit, ut non veterem tantum dignitatē auctoritatēq; tueri atq; retinere etiam potuerit, imo nonam quandam adeptā fuerit claritudinem, omnemq; improborum vim diu collectam & inueteratam ita cohibuerit, ne odio compressa erumperet in actum, illud vero multo est admirabilius tantum semper in communi Reip. salute defendenda cōsensum existisse omnium summi ordinis, ut una per tot secula suis vta legibus, & optime institutis ac moribus integram adhuc libertatem retineat a maioribus acceptam amplissimis atq; grauissimis, dignitatēq; consultationū ac consiliorum magnorum ad exterarum Nationum fines perferendorum tueatur. sperās ob largos & copiosissimos istiusmodi prouētus haud defuturos, qui superata penitus fide mea, in terris diuino consilio eam conditam, auctā,

PRÆFATIO

Et ad hæc tempora arbitrati sunt esse conseruatam.
 Quantum enim omnes in iudiciis publicis iam tū
 florēte Rep. floruerunt, tantū posteritati reliquerūt
 Remp. honoribus florentissimam. Quam multi in
 super e celeberrimis Academiis totius Germaniæ,
 omnibus artibus domi Et foris Reip. bene admini-
 strande, Et eruditissimis viris florētibus, inter quas
 non ultimus V. Celsi. Gymnasio nobilissimo (nam
 ex hoc tāquam e fonte limpidissimo nemo dubitat,
 omnem honestissimarum disciplinarum Et virtutū
 emanare rationem) locus assignatur, disciplinarum
 artium ac professionum viridantium Doctores pro-
 bata virtute Et doctrina clarissimi, qui hausta pie-
 tatis doctrina quasi colonias deduxerunt, qui que
 iam in amplissimis rerum publicar. administratio-
 nibus maxima cum pietatis, eruditionis Et aucto-
 ritatis laude versantur, insignium virorum tam
 memoria recens quam antiqua testis. Cum enim
 luculento testimonio præstantissimorum hominum
 mihi minime obscurum sit, V. Celsi. inaudita vir-
 tutis splendore nec non legalis doctrina gravitate mi-
 rifice excellere, cuius me maxima sepe percudit ad-
 miratio: En Calliope illa mea iure exegit, ut sub
 auctoritate vest. splendidissima tractatum hunc de
 ultimis voluntatibus instar eorum, qui olim Et no-
 stræ etiam atate in palestra civili excelluerunt, Et
 ad respondendum de iure optime instructi fuerunt;
 quiq; in rebus difficillimis discutiendis studio ma-
 gno Et indefatigabili labore ad scribendum pluri-
 mū cōtulerūt opere, atq; fere omnes ingenii nervos,
 tam in hac laboriosa prouincia, quā reliquis inten-

PRÆFATIO

derunt facultatibus, aliosque insuper commenta-
 rios in uniuersam ferme ius civile multis vigiliis
 elucubratos, Et in aliquot Tractatus digestos, relin-
 querem posteritati: ea tamen lege, ne consuetudini
 olim in ludis Isthmiis sumtibus maximis in Deorū
 honorem celebratis, deessem recepta, ut nemini, nisi
 eius spectaculi, quod editurus erat iam pridem ali-
 quo specimine edito, prodire in publicam permit-
 teretur, ne illorum magnificentia amplitudineque
 aliquid videretur detractum iri. Et ut ab aliorum
 commemoratione mihi supersedendum putem, quo-
 rum monumenta insignia nobis commendat vetu-
 stas, quis non predicat Bar. Bal. Paul. de Cast. iure
 consultor. veterum hominumque recentiorum Et
 historicorum opera præclarissima? Quis non Cæ-
 saris scripta magno prosequitur encomio? Is etenim
 in procinctu Et acie rerum gestarum commentari-
 ostam diligenter fecit, ut nihil a quopiam tam ac-
 curate perscriptum esse omnes intelligerent, quod
 non purissima eius superarit elegantia. Hoc igitur
 qualecunque literarum monumentum, ceu ingenii
 præsidium e musarum hortulo decerptum, uti di-
 uinare possum, Cel. V. animo excipiet cādido, mihi-
 q; ad grauiora edendi monumenta ansam submini-
 strabit, ut res ipsa mihi afferat testimonium, nullā
 esse omnino materiam in iure, ne ex hoc fonte illa
 exitialis Et monstrosa, Iureconsultos auctoritatem
 nomenque eloquentia sibi non posse vendicare, ma-
 net persuasio, quam non, quantum quidem studio
 assequi possum, ornando amplificaturus, nihilque
 tam laboriosum atque difficile esse, in quo ipse confi-

PRÆFATIO

eiendo, si V. auctorita. interesse putem, non omni
opera, si magis quod volui efficere spectandum est,
quam quod sum assequutus, sim elaboraturus.
Valeat V. Celsi.

Reuerendiss. & Illustrissi.

Celsitu. Vest.

addictissimus.

Laurentius Neideccerus
I. V. Doctor.

DE VLTIMARVM VO-
LUNTATVM MATERIA
TRACTATVS.

In aliquot obseruationes digestus.

Obseruatio I. De testamento solemnâ
& nuncupatiuo, & eorum re-
quisitis.



Discussurus vltimarū
voluntatum materi-
am, magna difficul-
tate inuolutam, eius-
que virtutes illustra-
turus, in primis de
definitione Testamenti breuiter disse-
rendum, & postea methodo succincta
progrediendum esse duxi. Vt pote pri-
ma vestigia seu institutiones in omni-
bus sibi primum vendicantes locum.
L. Medi. C. de professo. & modi ciuilis mi-
litæ studiosis, quibus aliquando ad il-
literatos veluti ad Apollinis tripodem
cōfugiendū erat Iureconsultos, vt ho-
rū cimmeriis tenebris aperiēdo quātu-
lūcunq; lucis, traditurus, vt mā sue facti
ac exculti defluerēt ad elegāiora, præ-

termiſſis tamen ſuperfluis altercario-
nibus, fluctuantibusque opinionibus.
Etenim & Imperator Iuſtinianus, In-
ſtitutiones Imperiales, quæ ſunt diuer-
ſæ ſanctiones, decreta, præceptiones,
traditiones, diſciplinæ, nec non axio-
mata quædam perpulcra publicis in-
ſerta monumentis, quæ græcis *νομοθε-
ματα, εἰσαγωγὰ*, ordinationes, pla-
cita, conſtitutiones dicuntur, iuuen-
tuti ſtudio legali addictæ ceu Enchiri-
dion quoddam legale & epitomen vi-
ce Xeniorum tranſmiſit & conſecra-
uit. Quid de Crasso erit ſentiendum?
Is enim nõ plus attigit doctrinæ, quam
quantum puerili inſtitutione aſſequi
potuiſſet. Quod Teſtamentum ſit vo-
luntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo
quod quis poſt mortem ſuam velit fieri
definit I. C. *in l. i. de teſtament.* Quan-
quam hanc ¶ definitionem, propter
omiffam hæredis inſtitutionem, cum
teſtamēta vim ex inſtitutione hæredis,
quæ intelligitur eſſe caput & funda-
mentum totius teſtamenti, capiant, a
D D. oppugnatam eſſe videmus: Ne-

minem tamen latebit in vocabulo (*iuſta*)
magnam eſſe emphafi, adeo, vt
non ſolum hæredis inſtitutionem,
ſed omnia alia iura, quæ in teſtamen-
ti factioe requiruntur, veluti legiti-
mum teſtium numerum, eorumque
ſubſcriptiones, reliquaſque iuris ob-
ſervationes, ſolemnitateſque importa-
re videatur. Quod caſu hoc manife-
ſtiſſime apparet: Quidam filium habēs
in poteſtate, teſtamentum condidit,
atque in eo, nulla eius facta mentione,
extraneum hæredem inſtituit, Quæ-
ritur, An illius teſtamentum, licet in
eo hæres extraneus inſtitutus ſit, infir-
metur, cum filium ſuum ſilentio præ-
terierit? Teſtamentum infirmari poſ-
ſe non dubium eſt. Ratio iam adducta
patet cum filium præterierit. *l. inter cæ-
tera ff. de liber. & poſth.* Quemadmodum
enim illud ¶ iniuſtū dicimus, vbi ſolē-
nia iuris deſunt *l. i. ff. de iniuſt. rup. & irri.
teſtam.* Ita illud rectiſſime iuſtum dici-
mus, in quo nihil eorum, quæ ad iuris
obſervationem ſpectabunt, omiſſum
fuerit. Conſequenter dictio *iuſta*, necdū

4 OBSERVATIO I
hæredis institutionem, sed omnia alia iura, quæ ad testamenti factionem requiruntur, necessario comprehendit. Non negamus in codicillis quoque esse voluntatis nostræ sententiam, qui fiunt sine testamento, tamen iustam sententiam propter iuris observationem fieri non permittimus, cum codicilli omnibus solemnitatibus careant. Ordo igitur hic apud veteres observabatur, quæ & hodie; excepta clausula generali, improbandus non est (videlicet. ut 1. loco præfatio. 2. legata. 3. institutio. 4. substitutiones. 5. cæteræ testatoris dispositiones, inter quas exhæredationes referendæ sunt, ponantur.) *Primo* capite hæredis institutionem debere fieri, siue vnus, siue plures essent, qui in vniuersum bona ex defuncti voluntate caperent. *Sequenti* capite secundos hæredes legata, & reliquam testatoris voluntatem, & dispositionem ponendam esse, siue aliquos onere gravare, aut si quibus dari, fierique oportere, testator pro sua voluntate arbitratus fuerit, qui non hæredes, sed legata-

OBSERVATIO I §
dicebatur. *Alex. de Alex. Genial. dier. lib. 5. c. 1.* Nihil itaque huic disquisitioni tanquam insufficienti, si singula eius verba discutiantur, adiiciendum erit. Sed nonnullis, qui adiici volunt hæredis institutionem, falsa quædam & incognita penitus concinnitas obrepisse videtur. Eo ad testamenti causam videtur pertinere omne, quodcunque quasi ad testamētum factū sit, & quod supremam contineat voluntatem, in quacunq; materia fuerit scripta. Ideo tam primæ, quam secundæ tabulæ, & codicilli, hæc appellationē non impediunt l. 2. ff. de tab. exhib. Quo iure autē fuerit introducta testamenti factio, tenet Bart. in l. interdū ff. de condi. inde. quam etiā Cornel. in l. si testamēt. C. de testa. approbare solet. Ias. in l. admonendi ff. de iure iurando, videlicet testamentum ipsum esse de iure gentium, sed solemnitates in eo requisitas, esse a iure ciuili & prætorio. Manifestum est enim, apud antiquissimas gentes, antequam introductum fuit ius ciuile, in vsu fuisse vt patres familias in

OBSERVATIO I

casum mortis, de rebus suis dispo-
 rent. Licet postea iure civili introdu-
 ctæ fuerint solemnitates, quæ require-
 bantur ad testamenta conficienda:
 tamen inuentio, ipsius testamenti fuit
 iuris gentium. Quod ex hoc apparet,
 quod princeps dominium alicui ex te-
 stamento auferre non queat, quod fa-
 cere posset, si esset de iure civili. Quã-
 uis autem multa enumerentur genera
 testamentorum tam respectu formæ
 & solemnitatis in eis requisitæ, quam
 priuilegiorum. Hæc enim aut perso-
 næ eius, qui condit testamentum, aut
 hæredi instituto in testamento, a iure
 communi concessa sunt (vt testamen-
 tum ad pias causas, testamentum con-
 ditum in liberos, inter extraneos, te-
 stamenta militis, pagani, cæci non
 cæci.) Aliud tamen testamentum re-
 spectu formæ in scriptis, aliud nuncu-
 patium esse distinguimus. In scriptis
 in quo interueniunt solemnitates re-
 quisitæ. l. hac consultiss. in princip. C.
 de testam. Nuncupatium vero illud
 dicitur, quod conficitur per nuncupa-
 tionem

OBSERVATIO I

tionem sine scriptis, iuxta formam d. l.
 consultissima s. per nuncupationem.
 Imo omne testamentum, vbi defunt
 solemnitates requisitæ, dicitur nuncu-
 patium, quamuis in scripturam sit re-
 ductum. Quando quidem per notari-
 os, qui testamenta rogati in publica in-
 strumenti forma conficiunt, videre li-
 cet. Nihilominus enim dicuntur nun-
 cupatiua & sine scriptis, ex quo eo ca-
 su scriptura non interuenit pro forma,
 sed solummodo ad faciliorem proba-
 tionem. Vnde si quis testatus fuerit in
 scriptis, & tamen in confectione testa-
 menti non obseruauerit solemnitates
 requisitas ad testandum in scriptis, se-
 cundum dispositio. d. l. hac consultiss.
 quia omnes testes non subscripserunt, vel
 eorum sigilla non apposuerunt, testa-
 mentum hoc saltem iure testamenti
 nuncupatiui valebit, ita tenet Bart. in
 l. final. ff. de iure Codicil. Discutienda
 erit hæc opinio Bart. in d. l. fin. distin-
 guentis: Aut constat, testatorem volu-
 isse testari in scriptis, & si defuerint so-
 lemnitates requisitæ, non sustinebitur

§ OBSERVATIO I
testamentum, neque etiam iure testa-
menti nuncupatiui: Aut non constat.
Et tunc licet cœperit testari vt in scri-
ptis, valet nihilominus tanquam nun-
cupatiuum. Sumenda est n. semper in-
terpretatio illa per quam actus sustine-
tur, nisi voluntas testatoris deficiat. I-
ta communiter sentiunt D. D. pro sal-
uanda opinione Bart. neque in hoc ca-
su videlicet: Quidam testator Notario
requisito, & septem testibus, in mo-
dum cōdendi testamenti solemniter fe-
cit legata, instituit hæredem vniuersa-
lẽ eumq; proprio ore nominavit &c.
Notarius vero ex imperitia forte volẽs
apponere clausulam codicillarem scri-
psit in hæc verba: Quod quidem testa-
mentum & ultimam voluntatem præ-
fatus testator voluit, & vult valere iure
codicillorũ vel donationis causa mor-
tis, & non aliter. Talis voluntas testato-
ris per Notarium vna cum prænomi-
nata clausula scripta, potest sustineri in
vim testamenti. Sed ex productis illu-
strium & clarissimorũ virorũ consiliis;
Io. And. in add. ad Spec. de instrũ. ed.

§.com-

OBSERVATIO I 9
§.compendiose, tenet istiusmodi volũ-
tatem testatoris saltem iure codicillo-
rum, non autẽ testamenti valere. Idem
tenet Paul. de Cast. in l. nemo potest ff.
de lega. pri. consequenter adductis
multis diuisionibus, hæres ab intestato
obtinuerat declarari quod non aliter
valeret nisi iure codicillorum. Mul-
tum enim differt testamentum in scri-
ptis a nuncupatiuo testamento, & te-
stari in scriptis est res maximi ponde-
ris, in quo si desunt solemnitates, plane
nec vllã vim testamenti solemniter capit.
Et quãuis aliquis sua manu scriberet, vel
etiã scribi curaret, suam ultimã volun-
tatẽ, & diceret corã septẽ testibus, hoc
suũ esse testamentũ, & quod ita dispo-
situm esset de bonis suis, quoniam scri-
ptura præ se dispositionem ferebat, nõ
tamen seruataẽ fuissent solemnitates
subscriptionũ & sigillorum, vel annu-
lo proprio, vel alieno, addita protesta-
tione, neque tamen in hunc modum
hæc ultima voluntas vim obtineret te-
stamenti in scriptis, sed tantum valeret
in vim testamenti nuncupatiui. Satis

A 5

enim videtur testatorem suam voluntatem testibus manifestasse saltem implicite per relationem ad illam cedula. Alex. consil. 177. num. 6. lib. 2. præsertim si solum ageretur de legato, aut alio relicto particulari, res non haberet magnam difficultatem secundum doctrinam Bart. in l. si ita scripsero ff. de cond. & demon quia satis esset si appareret voluntas disponentis relata ad illam scripturam. Sed maior esset difficultas in institutione hæredis vniuersalis, & ne cõtingat dubitari circa identitatem scripturæ studebit testator per Notariũ a tergo istius cedulæ vel scripturæ clausæ apponi tẽpus & nomina testium. Requisita autem solemnis testamenti hæc sunt 1. Hæredis institutio 2. Scriptura testatoris, ignorans autem scribere alium suo nomine ad conscribendum seu conficiendum, testamentum rogare potest. 3. Quod adhibeantur septem testes & quod specialiter sint rogati, tam in solemnibus quam in nuncupatiuo testamento. 4. Subscriptio testium. 5. Consignatio quæ debet

debet fieri a testibus vel annulis propriis vel alienis, addita tamen protestatione. 6. Præsentia testium & mutus conspectus tam testium quam ipsius testatoris. 7. Subscriptio & sigillatio a testatore facta, si nouit literas, si minus adhibendus erit testis, qui se pro testatore subscripserit & sigillum apposuerit. 8. Tempus & actus. 9. & vlt. q. testator factionem testamenti actiuam habeat. Secundum D D. in d. 1 hæc consultiff. §. omnibus C. de testam. De hæredis institutione fusius tractaturi sumus suo loco. De scriptura testatoris, superius habita est mentio. Nunc de tertio requisito dicendum erit. Requiritur enim ad solenne testamentum, vt non solum numerus septem testium interueniat, sed etiam testes adhibiti sint rogati tã de forma probatoria quam de substantiali. Bart. in l. nemo potest ff. de lega. pri. vtriusque partis probatio hoc modo enim euidentior existit. Nam si numerus testium non esset de forma substantiali, posset testator in suo testamento iube-

re vt licet confectum esset minori testium numero valeret, quod tamen est contra iura. 2. Si non esset de forma substantiali, & pars confiteretur testamentum factum esse coram testibus sed non septem, valeret istiusmodi testamentum tanquam solemne & probatum ex confessione patris qua probatione nulla melior esse potest. Sed hoc est falsum. Ergo infertur necessario numerum testium non solum de forma probatoria testamenti esse, sed etiam de eius forma substantiali. Quod ad rogationem testium spectat, licet in aliis actibus humanis non requiratur quod testes sint rogati, l. ad fidem ff. de testib. Tamen in testamentis, in quibus maximus subest timor fraudis & falsitatis, voluit lex adhiberi testes non fortuitos, sed ad id in specie rogatos, vt diligentius ad omnia animaduertent. Quod autem testes adhibiti rogentur text. express. in l. hæredes palam §. in testamen. ff. de testam. Nam conclusionem de plano procedere in testamento in scriptis confecto

cto rogando testes nemo ambigit. l. hac consultiss. C. de test. Imo etiam in testamento nuncupatio etiam si huiusmodi testamentum nuncupatum fuerit sine scriptura confectum, siue etiam fuerit in scriptis redactum. Ita tenet Glo. in §. fin. in verb. adhibitis institutu. de testam. & communis opinio Boer. decis. 34. numero 8. Nulla enim subest in hoc concludens ratio indifferentiæ inter testamentum in scriptis & nuncupatum: hæcque opinio consuetudine approbatissima existit. Et hæ conclusiones absque vlla dubitatione de plano procedunt, quando testamenta fiunt in tempore, in quo facile potest haberi integer numerus testium. Sed quid si testamentum fiat tempore pestis, in quo ob suspicionem contagionis personæ non ita facile eos, qui infirmitate confecti accedunt, neque vti tempore sanitatis solet fieri, inter se mutuo conuersantur. Quamuis hac in re D D. dissentiant & longe altercentur, Quorundam enim opinio est tempore pestis sufficere quod testa-

mentum fiat cum quinque testibus. Bal. in l. fin. C. de testa. & hanc opinionem dicit esse communem Deci. cō. 280. n. 5. in fine. Contraria tamen observatur opinio, etiam si testamentum cōficiatur tempore pestis propter hoc iura nihil remittere neque dispensare circa solēnitates in testamento requiritas. Consequenter infertur etiam tempore pestis integrum numerum requiri Angl. in l. fin. C. de test. Ardua hæc quæstio & indigeret Cæsarea decisione vel saltē prouisione, vt sensisse videtur Bart. in l. 1. ff. de bon. poss. ex testam. mil. Computatis itaq; auctoritatibus, opinio Baldi semper mihi placuit, modo duo concurrant, si testator tempore conditi testamenti laboraret periculosissimo morbo cōtagionis: Et si adeo pestis debaccharetur, vt maior restium copia verisimiliter ibi haberi non posset, hoc casu opinio Bart. suscipienda erit intrepide & omnibus fere qui semper in iudicando amplectuntur æquitatem, opinio Bald. videtur esse æquior & humanior, etsi quidam sentiant

sentiant duos tantum sufficere testes tempore pestis, eorum tamen opinio nulla est tenenda, quippe ad minus quinque requiruntur. Corn. conf. 297. in litera B. lib. 4. De quarto quinto & septimo requisito superius quoque egimus, in super etiam de nono. De sexto & ultimo erit hic agendum. Necessarium enim esse duximus, vt in testamē. is ob maximā fraudum suspicionem, quæ in illis quotidie committuntur, & hoc est in testamentis speciale, vt testes videāt testatorem & audiāt ipsum loquētem l. si nō speciali C. de testam. Et ita communiter tenetur per legistas, vt dicit Abb. in c. ex literis post nu. 5. de consue. Hanc etiam esse fere omnium sententiam dicit Corn. conf. 166. in princ. lib. 3. Nostro tamen tempore mulier quædam sagax maritum statim postquam vitam cum morte cōmutauerat lecto extrahi curauit, aliumque pro eo supj o uuit, qui fenestris thalami fere in totum clausis, & capite in pannis inuoluto, simulans se propter aduersam valetudinem vix loqui

posse, fecit testamentum, in quo vxorem instituit hæredem aliisque diuersa reliquit legata: testes autem adhibiti crediderunt ipsum sibi fidei coniugalis sponſione vere obſtrictum esse, qui quasi in extremis versaretur, sed diuino miraculo res omnis detecta fuit, & nisi vna cū Notario qui solus erat fraudis auctor fuga sibi consulisset, illam haud vltimi supplicii pœnam euasurã fuisse indubitato statuendum est.

OBSERVATIO II.

De test. fact. acti. &c.

Quia volūtas testatoris p lege habēda fit, textus est vulgatus in §. disponat in auth. de nup. cū simul. quæ tamen intelligenda est, vt pcedat in his, quæ ab ipsius testatoris voluntate dependunt, videndum nūc erit, quæ personæ testes esse queant & quæ non. quæque habeant testamenti factionem tam actiue quam passiue, id est, qui testamenta facere possint vel non, & qui ex testamento capere possint

sint vel non. Omnes igitur in solemnī & nūcupatiuo testamento, qui non phibentur a iure, testes esse possunt, & qui testamenti factionem actiuam habent, s. testis & §. sed cum aliquis tit. nostro l. i. C. eod. Prohibentur autem mulieres, hermaphroditus, impuberes, serui, furiosi, muti, surdi, prodigi, serui pœnæ, infames, quique ex testamentis capere non possunt, hæretici. Existentes in potestate testatoris, nec pater, in testamento filii, respectu castrenſium bonorum, nec frater existēs in patria potestate, neq; hæres institutus, nec pater hæredis instituti, nec fratres hæredis instituti, neque qui est in potestate hæredis scripti, recte testes in testamento adhiberi possunt. §. testes. Eodem modo omnes, qui sui iuris sunt, sanæ mētis ac sensus, & qui deportationi aut capitali supplicio minime sunt obnoxii, possunt facere testamentum. Sunt autem nonnulli gradus, qui a Bar. in l. 4 ff. de testam. docte enumerantur, quibus disponendi facultas quibusdam inter-

dicta est. Primo prohibentur filii familias a testamenti factione actiua, propter defectum suae potestatis, etiam pmitte patris non potest testari. l. qui in potest. ff. de testam. filius familias non est quidem prohibitus testari propter interesse patris, sed quia lex non approbat eius personam tanquam legitimam ad codendum testamentum, ideo quoque consensus parentis non sufficit ad eius personam integrandam: Quia multum D D. pro inveniendae ratione, quare filius familias testari possit, laborant, etiam cum patris consensu, tandem testamentum ex alieno arbitrio non posse pendere, eamque ob causam, illis interdictam esse factionem opinantur, haecque ratio communiter per D D. approbari visa est, Ias. in l. Senium C. qui test. fac. poss. Indubitata & vera haec est conclusio, haecque est communis ut dicit Aret. in l. qui in potestate post nu. 2. Quae quidem etiam locum habet, ut filius familias de peculio aduentitio non possit testari, etiam si illud aduentitium spectaret ad filium famili-

familias pleno iure, neque pater haberet in eo usufructum, etiam cum consensu patris, gloss. in d. l. qui in potestate in verbo nihilomagus. Imola in l. si cum filius s. Titio decem ff. de dona. Ita etiam communiter teneri attestatur Alex. in l. Senium C. qui testam. fac. poss. Aret. in d. l. Qui in potesta. colu. 3. vers. & priusquam veniam. Ias. in l. fin. C. de inoffi. testa. & in l. nemo C. qui testa. facere poss. ubi dicit, hanc esse communem opinionem gloss. & D D. nemine discrepante. Consequenter filius repellitur a testando non propter interesse patris, sed quia non est legitima persona ad testandum. Si & pater esset captus ab hostibus, & filius patre adhuc existente apud hostes faceret testamentum, & decederet, neque tale testamentum reuertente patre valeret. Nam propter reditum patris fingitur semper filius in potestate patris fuisse. gloss. in l. fin. §. Ita tamen in. ver. rata C. de sentent. pass. secus tamen est in castrensi vel quasi castrensi peculio, In quo disponere potest prohibitu, l. fin. C. de in-

off. testa. Nam de castrēsi potest testari iure militari, de quasi castrēsi debet seruarius cōmune. Imo etiā de salario, q̄ filii familias aduocati a clientulis suis percipiunt, etiā in potestate patris existentes possunt testari ad libitum, l. as. in d. l. fin. C. de inoff. test. Quia hoc reputatur, tanquam quasi castrense peculiū. Neq; etiā filia, quæ est in potestate patris, potest testari de dote sua aduentitia. Ita concludunt cōmuniter DD. Militat enim eadem ratio, quod nō est integra persona ad testandum, licet, respectu dotis, habeat integram personam, nec non sustineat ad comparēdum in iudicio. Ad hunc gradum etiam referuntur serui, capti ab hostibus, obsides, Monachi, Canonici regulares. Verum, quo ad Prælatos & Clericos distinguendum erit inter genera bonorum: Quædam enim sunt bona propria, seu ipsius prælati patrimonialia: quædam bona Ecclesiæ siue beneficii: quædam quæsitæ ex fructibus Ecclesiæ: Collecti fructus in bonis Ecclesiæ: quotidianæ distributiones, quas

Clericus

Clericus percipit in ipsa Ecclesia. De bonis itaque patrimonialibus ad libitū, quilibet et Prælati siue Clericus disponere potest, quādo bona sint quæsitæ ante clericatum. Hæcque opinio de plano procedit, quando Prælati filios vel propinquos habet, si vero nulli propinqui sibi exstiterint, nihilominus tamen Prælati poterit testando extraneum Ecclesiæ præferre. Bonis vero patrimonialibus post Clericatum quæsitis, de iis poterit hoc modo testari: Aut constat Prælatum aut Clericum, illa acquisiuisse ex patrimonio Ecclesiæ, vel eius contemplatione, tūc Clericus de iis non potest testari, talia enim bona sunt Ecclesiæ acquisita. Aut constat, illa fuisse acquisita laboribus vel industria, tunc erunt eius propria, sicq; de illis potest testari. Corn. conf. 314. lib. 3. Quod ad bona Ecclesiæ prælatum esse simplicem administratorem bonorum Ecclesiæ, sed de istis non est tractandum: quia bona Ecclesiæ sunt Dei, & sunt reseruata, ut de eorum fructibus egentibus subueniatur

c. vident. 12. q. e. & sic Prælati de iis non habet facultatem disponendi. Pontifex tamen Clerico potest succurrere licentia, ut de bonis Ecclesiæ testari sit licitum. Dec. cons. 512. post. nu. 3. Nam Pontifex secundum vulgarem regulam hac licentia gaudere potest. Veruntamen Pontifices diligenter animadvertere tenentur, ne id fiat absque causa. Similiter Clericus de bonis quæsitis ex fructibus Ecclesiæ non potest testari. Nam talia bona tam ad Ecclesiam quam ad successores beneficiorum, non autem Clericorum hæredes spectare videntur. Caueant itaque Prælati, qui in fraudem Ecclesiarum prædia acquisita ex fructibus beneficiorum in propinquos suos conferunt, ne dum alios fallere student, seipsum deiciant in extremum vitæ interitum, siquidem Deum, cui omnia haud sunt occulta in hoc fallere solent. De fructibus exstatis collectis in bonis Ecclesiæ, Clericum beneficiatum, siue habeat administrationem siue non, indistincte prohiberi ut testetur, etiam perceptis & recon-

ditis

ditis, manifesti iuris est, siue ei succedat ipsa Ecclesia, siue successor beneficii. Aliter vero habetur consuetudine alia exstare quod fructus spectent hæredi Clerici, non autem successori beneficii. Verum hæc est ardua quæstio, indigens Pontificia decisione Bar. in c. final. de pecul. Cleri. Quod ad quotidianas distributiones variæ quoque D. D. opiniones. Verum semper communi obseruantiam standum erit, quia consuetudo provincie semper in prædictis est attendenda, ut affirmant D. D. Quo ad Monachos distinguo sic, quicumque est habilis ad testandum, poterit testamentum condere, antequam fuerit ingressus religionem, hocque testamentum valebit, potest enim quilibet de bonis suis disponere, ante ingressum religionis §. illud in Authen. de Monach. Imo poterit etiam testari ante religionis ingressum, saltem contemplatione illius ingressus, non seruata solemnitate iuris. Bart. in Authen. si qua mulier, vers. ex hoc dico C. de Sacro Sanct. Eccle. Si enim hoc militi-

B 4

bus armatę militię permissum, quanto magis qui cęlesti militię accingendus est. Secus tamen est propter professionem, quia omnia bona eius iure translata sunt ad res diuinas, Auten. ingress. C. de S. S. Eccle. Secundo prohibentur quidam propter defectum mentis & cōsili, vt furiosus, impubes, mente captus, & prodigus. Distinguo tamen inter eos hoc modo, quod hi, ingrediendo religionem, testari possint de suis bonis, etiam sine auctoritate Curatorum, modo appareat eos, tempore dispositionis & ingressus, furore non fuisse pollutos. Nam in spiritualibus non attenditur auctoritas patris vel curatoris, estque magna decisio. Tertio prohibentur quidam ob defectum sensuum, vt cęci, surdi, ac muti, hac tamen permissa distinctione, quandoquidem in testamento cęci, vltra numerũ septem testium requiritur Notarius, vel in defectũ eius alius, loco octaui testis l. cōsultiss. C. qui testa. fac. poss. Et hoc solet fieri ob maiorem timorẽ qui subest in testamẽto, falsitatis, sed
patre

patre volẽte testari inter liberos, sufficiunt saltẽ duo testes, non requisitis aliis solēnitatibus iuris ciuilibus Bal. d. l. cōsul. sic & D D. Institutio quoq; hæredis sine vlla ambiguitate expresse vt fiat necesse est, ppter legatariorum relicta, modo tamẽ testibus subscriptis & cōsignato testamẽto. Quarto, qdam ratione dubii, si de testatore, statu seruus ne an liber sit, dubitetur. Quinto, ratione pœnæ, vt dānati ad mortẽ, deportati, hæretici, vsurarii | publici, dānati ad ppetuos carceres. Ponẽda tamen erit hæc distinctio, si post condēnationẽ statim faciẽda est executio: tũc hoc casu p condēnationem seruus effectus pœnæ, nõ poterit testari. Bal. in l. fin. C. si a non. comp. iud. Quinimo, etiam si reus post condēnationem ex manibus iudicum aufugerit, antequam fieret executio, adhuc tamen efficitur seruus pœnæ, & cōsequenter intestabilis. Aret. in l. si quis post accusario. ff. de testa. Condēnatus vero ad ppetuos carceres, si est laicus, procul dubio efficitur intestabilis etiam.

Verum is de iure civili non amittit testamenti factionem, licet imposita poena a lege permiffa. Usurarius vero si praestet cautionem de restituendis usibus non impeditur testari. His equidem requisitis opus est in testamento solemnini, praesertim si extranea persona haeres instituetur, secus in testam. nuncupatiuo, in quo scriptura, subscriptio, ac sigilla, tam testatoris quam ipsorum testium omittuntur. d. l. hac consultiss. §. per nuncupatio. Paul. de Cast. secus quoque esse videtur in testamentis militum condendis, quia plura sunt militum priuilegia, potissimum vero duo, quae militibus concessa sunt, circa testamenta conficienda. Primum equidem personam testantis concedit, nam etsi de iure communi multi non possint testari, si tamen milites, testamenti factionem habent, neque priuilegia haec interea si sint missi a militia cessant. Secundum vero concernit modum testandi, quia in testamento militis sublatae sunt solemnitates iuris civilis, & huiusmodi priuilegia eis non competunt

petunt donec sint in expeditione belli. Alii sentiunt militem, qui est sui iuris, habere circa testamenti factionem duo priuilegia. Primum ipsum posse testari minus solemniter. Secundum eius testamentum non posse subiici querelae, haecque amittit si factus est veteranus. Et sufficit si in conflictu hostium & extremo vitae discrimine miles periclitans per duos saltem testes, ad id rogatos testetur. Gaudent insuper milites hoc priuilegio, quamuis regulariter quis non possit decedere, pro parte testatus, & pro parte intestatus: tamen miles hac ratione, nempe partim testatus, partim v. intestatus decedere potest, ut pote miles nullo instituto haerede vniuersali, instituit vnum in aliqua re certa, & prohibuit in suo testamento ius accrescendi, tunc ille institutus in certa re non habet nisi illam certam rem, in reliquo vero succedunt venientes ab intestato. Circa finem huius observationis erit agendum de causis vtriusque testamenti tam solemnibus quam nuncupatiui. Cau-

sa efficiens remota est ius gētium, quo ad primā originem, siquidem hoc iure dispositum fuit de bonis apud gentes antiquissimas, & antequam introductæ fuerunt de iure ciuili solemnitates, Ius ciuile vero, quoad approbationem solēnitatum, introductum fuit Bart. & Ias. in l. interdum ff. de cōdict. indeb. Propinqua causa est testator vel testatrix habens factionem testamenti actiuam. Subiectum est hæres institutus qui testamēti factionem passiuam habens, ex testamento capere potest. Obiectū sunt omnes res hæreditariæ mobiles siue immobiles. Forma sunt requisita, quorum Paul. de Cast. meminit in d. l. consultissima C. eodem. Solemne vero testamentum in scriptis uti est maioris dignitatis atque effectus: Ita triplici iure introductum est, Ciuili, Prætorio, & constitutionibus Principum. Ius etenim ciuile testes & eorum præsentiam, ut simul testamentum vno eodemque tempore fiat, exigat. Ius Prætorium sigilla & formam attigit. Principum vero consti-

tutiones, subscriptiones testium & testatoris & institutionem hæredis approbauerunt.

OBSERVATIO III.

De institu. hered.

DE Institutione hæredis quæ est caput testamenti. §. hæredis autem, Instit. de Lega. Cui subiungitur substitutio, nunc dicendum erit. Siquidem ea deficiente testamentū ipsum corrumpit, & sunt in duplici genere institutio hæredis & rogatus testium ac Notarii, Publicatio testamenti, hoc enim respicit formam probatoriam, illud formam ipsius testamenti substantialem. Estque institutio hæredis ordinatio, qua quis post mortem suam in bonis suis alium dominum constituit, per hæreditatis additionem. l. cum hæredes ff. de acquir. possess. seu Institutio est principalis hæredis positio, hoc est, natura primus gradus hæredis. l. 1. ff. de vulg. & pup. & ut istiusmodi valida sit, ne-

cesse est, vt a testatore nomen hæredis
 exprimat in testamento condendo
 vel saltem indubitabili signo, hæres i-
 pse demonstretur. Hoc casu institutio
 valebit, alias minus l. quoties §. si quis
 ff. de hæred. instituen. Estque expressa
 & tacita, expressa fit per testatorem
 nominatim dicentem: Titium hære-
 dem instituo, tacita vero si testator
 scribit, si ille qui ab intestato, mihi suc-
 cessurus erit, nolit esse hæres, substituo
 Caium. Nam hoc casu videtur tacite
 testator eum instituisse, qui erat illi ab
 intestato successurus. Hinc infertur
 non valere testamentum secundum
 consilium Galli Aquilii per hæc ver-
 ba. Si filius meus me viuo morietur,
 Nepotem instituo, quia necessaria e-
 rat institutio filii expressa, hæcque est
 communis opinio. Hæreditas vero
 potest diuidi in tot partes, quot testa-
 tor voluerit, videlicet in dupondium,
 assem, vel semissem, hoc est, in 24. 12. &
 in 6. vncias. idque æqualiter vel inæ-
 qualiter, partibus scriptis seu non scri-
 ptis, sed solemnis assis distributio fit in
 duodecim

duodecim vncias, quod si minus di-
 stribuit, potestas iuris in hoc reuolui-
 tur, vt si duo hæredes, ex quadrante
 scripsit, nam hæreditas residua eis ce-
 dit, vt ex duobus semissibus, videantur
 esse scripti, sed si alter ex quadrante, al-
 ter vero ex semisse hæredes scripti sint,
 qui accedit quadrans pro partibus he-
 reditariis accrescit. Quod si in diui-
 sione excefferit duodecim vncias, æ-
 que pro rata decrescet, vt Caium ex
 duodecim vnciis testator hæredẽ scri-
 psit, Sempronium ex sex vnciis. Caius
 hæreditatis habebit bessem, Sempro-
 nius trientem. Verum si duos ex asse
 hæredes scripserit, alios duos ex duo-
 decim vnciis, æqua distributio fiet se-
 cundum Labeonem. Putat enim La-
 beo, primos duos, qui ex asse erant in-
 stituti, fore hæredes saltem ex semisse,
 & reliquos duos, qui ex duodecim vn-
 ciis scripti, pari modo ex semisse. l. in-
 terdum hæc adiectio §. Paterfamilias
 ff. de hæred. instit. Si vero hæredes in
 hunc modum scripserit, Titius ex par-
 te dimidia hæres esto, Seius ex parte

dimidia, ex qua parte Seium instituo, ex eadem parte Sēpronius hæres esto. Non vult testator distribuere hæreditatem in tres semisses, sed in duos tantum, nam Titius habebit semissem, Seius & Sēproius alium semissem, l. Iulianus ff. de hæred. institu. Relativum enim quis facit veram relationem non simplicem. Quod si vero mortuo quadrans, alii dodrans datus sit, & alius sine parte scriptus sit, Labeo ait eum qui sine parte institutus est, alterum semissem occupaturum. Et hanc mentem esse testantis Iulianus probat, ut Titium iam mortuum instituo mihi hæredem in quadrante, hoc est, in tribus vnciis, & Seium in dodrante, id est, novē vnciis, & Caium sine parte. Caius habebit assem, quia pars Titii mortuo eo pro non scripta habetur, & eam habet Caius, & sic habet Seius totum assem. Unde Caius sine parte institutus debet habere alium assem. Si vero nullam fecit mentionem partium, hæredes portiones hæreditatis æqualiter percipere possunt, est enim idem ac si testator

ex

ex æquis partibus eos hæredes instituisset, satis enim constat nullis partibus nominatis, ex æquis partibus hæredes esse. §. si plures. Institu. de hæred. institu. Quod si quibusdam certæ partes assignarentur, quibusdam vero non, tunc scriptas partes hæredes scriptos posse consequi nominatim, non scriptas vero inter se diuidi inter reliquos non scriptos, manifestissimi iuris est. Expletis vero partibus asse reducenda erit hæreditas ad duos semisses, vel ad dupondium, ut quisque hæreditatis obtineat debitam portionem. Quod si aliquid ex partibus superfuerit secundum institutionem a testatore factam & partium assignationem, cuique hæredum p portione Geometrica attribui contingit §. videamus, & d. §. si plures, l. interdum. l. item quod Sabinus l. sequen. ff. de hæred. instit. Aliud vero est, si in testamento sic scribitur, si filius meus me viuo morietur, tunc nepos ex eo post meam mortem natus hæres esto. Duo quidem gradus hæredum efficiuntur, sed nullo casu vterque ad

C

hæreditatem admittitur. Ex quo apparet, si nepoti Titius substitutus, non posse Titium vna cum filio hæredem esse, quia non in primum, sed in secundum gradum substituitur: quia non admittitur concursus instituti & substituti. l. cum in testam. ff. eodem, vt, quidã Paterfamilias filium suum Iohannem hæredem instituit, & si dictus filius viuente patre morietur, tunc nepos Paulus ex eo filio post mortem filii hæres sit, & dicto nepoti substituetur alius. Certe, si filius viuo testatore non obiit, neque nepos neq; substitutus admittitur d. l. cum in testamento. Possunt autẽ omnes hæredes institui, quicumque non prohibentur, neque certus numerus hæredibus instituendis iure ciuili definitus est, sed quotquot quis velit instituere, non potest impediri, dummodo nomina eorum exprimantur in testamentis, cum alioqui incerti hæredes pro non institutis habeantur. l. quoties §. hæres ff. hoc titu. Etiam captus ab hostibus recte hæres instituitur: Quia iure postliminiĩ õnia

iura ciuitatis in personam eius in suspensio retinentur, neque abrumpuntur. Itaque reuersus ab hostibus adire hæreditatem poterit. l. illa Institu. §. is qui apud hostes ff. de hæred. insti. Prohibentur autem deportati, & perpetuo banniti. l. i. C. eod. Rei criminis læsæ maiestatis. l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. Collegiũ illicitũ, l. colle. C. eod. Spurii incestuosi, Autẽt. ex cõplexu C. de incest. nup. hæretici, l. Manichæos C. de hære. Apostatæ. l. hi qui sanct. C. de Aposta. Monachi c. exiui de verbo. sig. Mulier intra annũ luctus alicui nubẽs l. i. C. de secũdis nup. Seru⁹ cõuictus de adulterio cũ domina cõmisso §. est tamẽ hoc tit. Omnes q̄bus non potest legari §. legari de lega. Hodie tamẽ vxor post obitũ mariti statim & sine infamia ad secundas nuptias se conferre potest quando quidem a lege mariti soluta esse videtur. Insuper etiã extranei p̄nt institui hæredes siue liberi siue serui, pprii vel alieni, modo ne phibeãtur legibus. Azo in summa sua C. hoc tit. nu. 25. Req̄sita institutio-

nis hæc sunt. I. Quod institutio sit certa. II. Quod ore proprio exprimatur, & quod sit iusta, quia testator habens filiū, tenetur eum instituere. III. Quod pure sit hæres institutus. IV. Quod & sub conditione hæres institui potest. V. Ne falsa causa subsit. Quo ad primū requisitum. Quia nisi persona eius, qui hæres instituitur sit certa, testamentū ipsum corrumpit. l. quoties §. hæres ff. de hered. instit. Et fit hoc modo, Ich Instituire vñnd ernene meine N. N. zu meiner Erbē / für Ihr legitima 1000 gülden / so ihñe nach absterben von meiner verlassenschaft haab vñnd gütern gefolget vñnd gereicht werden solle. Darnach instituire ich zu meinen rechten ungezweifelten gemeinen Erben / meiner liegenden vñnd fahrenden / beweglichen vñnd unbeweglichen gütern / was aber gemelte Legitima vberstehen wird / nachfolgende N. N. Et hodie legitima filio relinqui debet tit. institutionis, & sufficit, si res aliqua, quæcunq; illa sit relinquatur hæredi titulo institutionis, quia tota & integra legitima non est de necessitate filio relinquenda

da, satis enim est, si in aliqua vel minime filius sit honoratus illo titulo institutionis. Wan also der Pflüchtige legitima in einem Testament förmentlich vñnd Rechmessiglich vgerichtet verlassē wüdt / kan man weiter keine zusprich darwider gebrauchē. Dan es mag ein Vater vñnd Mutter die andern Haab vñnd güter / außer berurter legitima dahin verschaffen wohin sie wollen. Authen. de trient & semiss. §. 2. Colla. 3. De secundo requisito, quod testator ipsum hæredem suo ore proprio nominet. Nam hæredis institutio non potest committi in alterius voluntate. l. iubemus C. eod. Neq; si quis ad interrogationem alterius hæredē institueret, institutio valebit. Distinguo tamen aut committitur in voluntate hæredis, aut voluerit esse hæres, vel non, sic valet. l. verba hæc. ff. de condi. insti. aut committitur in voluntate alterius ab hærede, & expresse, vt instituo hæredem, quem Titius voluerit, & sic nõ valet. ff. de hered. insti. l. si quis Sempro. Secus si tacite committatur dispositione alteri-

us, vt, si Titius capitolium ascenderit. Sic valebit, l. nonnunquam ff. de condi. & demon. Eodem modo legatum tacite alterius voluntati potest committi ff. de legat. 2. l. 1. sed non expresse ff. de legat. 1. l. cap. Neque valebit institutio, si Notarius vel alius tēpore testamenti expresse nomen hæredis, etiam si ipse testator verbis professus fuerit se agnoscere, secundum Albert. Papi. Sed omnino ore proprio testator hæredem nominauerit. Contrariam tamen sententiam valere, hæc institutionem admittimus secundum gloss. vulga. quæ quotidie allegatur in l. iubemus in verbo. quemad. C. de testa. Et ideo, si interrogetur testator, vis instituire hæredem Titium? Et ipse respōdebit illius interrogationi, quod sic, sustinebitur testamentum, perinde ac si testator ore proprio hæredem ipsum nominasset, Soc. consi. 20. post nu. 5. lib. 4. Et id obseruari attestatur Bart. in d. l. hæredes palam in fin. prin. Et in specie Ful. Quod ita communiter obseruatur, relatus per Cor. consilio 261

in litera p. lib. 4. Alexander numero 9. & Ias. nu. 10. Hanc conclusionem nonnulli extendūt procedere non solum, si Notarius specialiter de ipso hærede testatorem interrogauerit, sed etiam, si totum testamētum in scripturam redactum testatori legerit, Et deinde testatorem generaliter interrogauerit an ita disponere velit. Aret. in Instit. de testamen. in prin. Restringēda tamen est ista conclusio, vt procedat. I. Modo testator non sit adeo morte oppressus, quod articulate loqui non possit, sed præditus sit adhuc sensu bono & bona memoria, ita cōmuniter DD. II. Quando testator prius exposuerat voluntatē suam Notario, qui eam redegit in scriptis, & postea rediēs ad testatorē, ea lecta ipsum interrogauit, an velit ita testari, quod sic valet, quod gestum est. De tertio requisito, quod pure sit hæres institutus, vt Titius meus hæres esto. De quarto requisito, modo tamen conditio sit honesta & possibilis, non cōtra leges & bonos mores, vt si Titius nō transuerit ad secūda vota erit mi-

hi hæres. Dummodo etiam non instituat^r ad tempus certum, vt puta ad quinq; vel sex dies, quia non valet conditio, sed ad incertum potest donec vixerit, ff. de hære. instit. l. in tempus. Fal- lit in milite, qui etiam potest institue- re ad tempus certum. l. miles ff. de mi- lita. testa. Et institutus hæres ad diem certum alio hærede non dato, semper erit hæres. l. hæreditas ex die ff. de hæ- re. instit. Idem est quando instituitur ad diem incertum: quia nemo pro par- te decedere potest testatus, & pro par- te intestatus l. ius nostrum ff. de reg. iu. Ideo si quis instituitur hæres, donec vixerit alio non dato hærede, erit per- petuus. Bal. & Saly. in l. extraneum C. de hære. instit. Paul. de Cast. in l. certi C. de testa. milit. Quia testator non potest prohiberi ius accrescendi, nec respectu rei, nec respectu tēporis. Quia causa testati trahit se ad causam inte- stati. Quia dignior d. l. hæred. De quin- to ne subsit falsa causa, siquidem falsa causa vitiat institutionem, legata vero firma permanent, l. Pactuleius ff. de hæred.

hæred. institu. Vt paterfamilias insti- tuit hæredem filium suum N. sed cum significaretur filium excessisse e vita, sed fallo, instituit aliū loco filii. Redi- ens filius quærit de institutione, cog- noscēs itaque alienum esse institutum, cōqueritur de alieno instituto, & rum- pit paternum testamentum, nihilomi- nus tamen filius tenetur legata præsta- re legatariis: quia falsa causa non vitiat legata d. l. pacta. Circa finem huius observationis erit de effectibus dicen- dum, quorum duo sunt. Primus succes- sio in vniuersum ius defuncti. l. hære- ditas ff. de regul. iu. Secundus actiones tam actiuæ quam passiuæ transeuntes in hæredes §. non autem. institu. de perpe. & tempo. actio.

OBSERVATIO IV.

De substitutione vulgari, pupillari, ex- emplari, compendiosa & breuiloqua.

St itaque substitutio in locum cuiusque hæredis instituti de- ficientis suppositio, Accurs.

in rubri. ff. eod. tit. seu substitutio est
 secundaria institutio, nam substitutio
 continet in se institutionem, ideo in-
 stitutio dicitur primus gradus, etiam si
 multi fuerint instituti, & substitutio se-
 cundus gradus, vt si quis instituerit hæ-
 redem hoc modo: Lucius Titius hæ-
 res esto, si mihi Lucius Titius hæres
 non est, tunc Seius hæres esto. l. i. ff. de
 vulga. & pup. substi. Et est duplex, alia
 indirecta alia directa. Indirecta siue
 obliqua siue fideicommissaria siue pre-
 caria est illa, per quã quis capit hære-
 ditatem alio mediante, vt cum testa-
 tor fideicommissit Titio hæredi, vt
 hæreditatem restituat Seio, licet ergo
 per fideicommissum Seius sit substi-
 tutus, Titius tamen debet adire hære-
 ditatem, & aditam Seio restituere, eti-
 am sic Titio mediãte & operante pue-
 nit hæreditas ad Seiũ. Et si Titius adie-
 rit spõte hæreditatẽ, retinebit quartam
 Trebellianicã, & reliquas tres partes re-
 stituet Seio. Si v. iudex eũ compulerit
 ad restitutionẽ, totam hæreditatẽ Se-
 io restituere tenetur Instit. de fideicõ.

hære

hære. §. in primis. Directa v. substitutio
 qua quis cõsequitur hæreditatẽ nullo
 alio mediante, vel sibi operante. Et cũ
 testator dicit, Titium mihi hæredem
 instituo, sed si ipse hæres non erit, Se-
 ius sit hæres, & sic Seius est substitutus
 directe. Diuiditur autem substitutio
 in vulg. pupilla. exẽpla. compendiosã
 & breuiloquã. Substitutio vulgaris est
 duplex, alia expressa alia, tacita. Ex-
 pressa quæ fit per istã negationem non:
 Instituo mihi hæredem Titium, & si i-
 pse noluerit vel non potuerit hæres ef-
 se, Seius hæres sit, vel Seium substituo.
 Tacita quando negatio non exprimi-
 mitur, sed includitur, vt Titium & Seiũ
 mihi hæredes instituo, & eos inuicem
 substituo, tacite subintelligitur, qd si al-
 ter eorum hæres non fuerit, quia no-
 luit vel non potuit, quia decessit ante
 aditam hæreditatem, alter sit hæres in
 solidum. ff. de hære. instit. l. cum intest.
 §. hæc verb. Et dicitur vulgaris quia a
 quolibet testamenti factionem haben-
 te vulgaribus verbis fieri potest, nihil
 specialitatis habens. Habet autem vul-

garis substitutio magnam vim, Primo. Nam si pater impuberi filio in alterum casum, id est, in vulgarem tantum substituerit, in vtrumq; casum substituisse intelligitur, siue filius hæres non extiterit siue hæres extiterit, & impubes decesserit, veluti, si pater sic dicit: Filium meum impuberem mihi hærem instituo, siue hæres erit siue non erit, substitutus admittitur: Si hæres nõ erit, admittitur substitutus in vulgarem substitutionem: Si vero hæres erit, & antequam ad pubertatem venerit morietur, tunc substitutus admittitur in pupillarem substitutionem. Secundo si pater familias Titium, quem ingenuum esse credebat, hæredem scripserit, eique si hæres non esset Sempronium substituerit, Sempronius in partem hæreditatis admittitur propter vulgarem substitutionem: Titius qui seruus fuerat iussu domini quoque adierit hæreditatem: Hæreditas itaque diuidenda erit in duos semisses, vnus semis inter eos diuidetur, vt quilibet obtineat quadrantem, id est, tres vncias

as. Sed quid de alio semisse? Quod sit serui instituti & nõ substituti. si pater familias ff. eodem, licet alii dicant, alium semissem ad substitutum pertinere. Pupillaris substitutio fit soli pupillo vel pupillis, nec tempus potest excedere pupillare, sed expirat ad introitum pubertatis, hæcque est duplex, tacita & expressa. Tacita est, quæ non forma innitur pupillaris substitutionis, sed sub eius verbis includitur, vt Titium filium meum mihi hæredem instituo, & si mihi hæres non fuerit, Seius sit hæres, & hæc ex expressis est vulgaris; ex tacitis vero pupillaris. Vnde siue Titius hæres siue nõ, si in etate pupillari decesserit, hæreditas directo iure prouenit ad Seium, sed ex vulgari tatum succedit in bonis testatoris, ex pupillari in bonis testatoris & pupilli. Expressa vero quæ fit per verbum affirmatiuum, & facit expressam mentionem de pupillari etate, & sub ea includitur vulgaris tacita, vt Instit. de vulga. & pupil. substitut §. i. ff. de vulga. & pupil. substi. l. i. a hoc iure. Et formatur in hunc modum

filium meum Titium mihi heredem instituo, & si ipse mihi hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, Sempronius sit hæres, & in ea requiruntur verborum affirmatio & temporis pupillaris comprehensio, hæcque magnam vim habet atque effectum. Nam si in testamento plures hæredes scripti in certis partibus inuicem substituti fuerint, pro qua parte quisque hæres existit, pro ea parte eum quoque in portionem deficientis placet vocari, ut filium meum Titium heredem instituo in semisse, Sempronium in triente, Caium in sextante & omnes inuicem substituo, ut cuilibet in pupillari ætate cedenti alter sit eius hæres, Titius moritur ante pubertatem, semis itaque accrescet duobus, Sempronius ergo habebit quatuor uncias de parte Titii, Caius duas. l. si in testamen. ff. de vulga. & pupil. subst. Idem textus est in l. si plures ff. eodem, Quod scilicet instituti ex diuersis partibus, & inuicem substituti, ex iisdem partibus eos esse substitutos, ex quibus sint instituti credendum

dum sit: Eodem modo non fit, si dico: Filios meos impuberes hæredes instituo, & eos inuicem substituo, ut si quis in pupillari ætate decesserit, alius sit hæres, nam sic æqualiter succedunt: quia facta non est mentio partium. Innititur etiam hac vi vulgaris substitutio, ut si pater vereretur, ne filius post obitum eius, substituto tamẽ accepto, insidiarum periculis subiiceretur, quibus pupillaris ætas propter spem hæreditatis videtur esse exposita, vulgarem quidẽ substitutionem palam facere, & primis testamẽti partibus adiungere posset, pupillarem vero substitutionem, si hæres exstiterit, pupillus ante pubertatem tamen decesserit, separatim in inferioribus partibus scribere liceret, hoc tamen modo cautum est, ne inferiores clausæ tabulæ proprio lino, cæraque consignatæ viuo filio & adhuc impubere existente aperiantur. §. si autem, Institution. de pup. substit. Requisita substitutionis vulgaris & pupillaris: requiritur enim in vulgari substitutione, ut institutus adierit hæredi-

tatem, & postea decesserit cum liberis, siue sine liberis. C. de impu. & aliis substit. l. post aditam. hoc quoniam non solum quando expresse fit per negationem, sed etiam tacite. Vnde licet Titius & Sempronius fuerint instituti hæredes, & inuicem substituti, si tamen Sempronius & Titius adierint hæreditatem & non decesserint, substitutio exspirare videtur. d. l. post aditam. In pupillari v. substitutione requiritur primo, ut is cui fit substitutio sit de liberis testatoris. Secundo ut sit impubes & in patria potestate, morte tamẽ patris ne sit recasurus in potestatem alterius, sed efficiatur sui iuris. Tertio ut is cui fit substitutio, instituatur vel exhæredetur, & non solum impuberi potest fieri, filio iam nato, sed etiam posthumo, si tamẽ nascendo esset sub potestate testatoris, si ipse testator viueret, etiã nepoti, si tamẽ nõ sit recasurus in potestatem patris sui post mortem aui. ff. de vulga. & pupil. substit. l. 2. §. posthumus. Exemplaris fit ad exemplum pupillaris, differt tamen ab ea. i. Quia pupillaris solummodo

do a parente habente eum in potestate, altera vero, nedum a patre, sed etiam a matre filio furioso vel mente capto, non in eorum potestate existente dicitur. Secundo, illa sc. pupillaris tantum pupillis; hæc maioribus quoque & adultis. Tertio, In illa possunt substitui quilibet quos voluerit, in ista vero nõ, sed certo ordine. Nam si liberi existunt, substituantur, si vero non, tunc fratres substituantur, si vero neque filii neque fratres, tunc quem voluerit, substituendus erit. Quarto: illa exspirat accedente pubertate, hæc capacitate sanæ mentis: illa impuberi, hæc adulto. Et formatur hoc modo; Titium meum furiosum mihi hæredem instituo, & si decesserit antequam, furor desierit, vel sanæ menti restitutus fuerit, eius filium vel fratrem vel alium ei substituo & sic bona vtriusque transibunt ad substitutum. Compendiosa dicitur quæ sub compendio huius aduerbii quandoque fit, & complectitur pupillarem. Quamuis hæc dictio quandoque se extendat ad omne tempus,

tamen ad tempus tantum restringitur pupillare, virtute horum verborum: Titium filium meum hæredem instituo, veruntamen quodocunque dictus filius meus decesserit, Seius sit hæres, & sic solum contemplatione temporis pupillaris vult providere filio de substituto siue hærede. Hæcque compendiosa ad naturam & ius fidei commissi quatuor modis potest reduci. I. Titium mihi instituo hæredem, quodocunque vero decesserit Titius, substituo Caium, verbum enim substituo trahit hanc substitutionem ad fidei commissum. C. de insti. & substi. l. generaliter: & adverbium quodocunque in hoc casu respicit propriam significationem & omne tempus, remque omni tempore suadet valere, l. quotiens ff. de reb. dub. Vnde quodocunque seu quovis tempore e vita excesserit, siue in pupillari vel maiori ætate, virtute huius verbi substituo, videtur rogatus esse a testatore per fidei commissum, post mortem suam restituere hæreditatem & bona testatoris substituto.

Quæpppter instituto moriente, mater & quicunq; successores ex testamento vel ab intestato venientes adibunt hæreditatem & aditam substituto restituent iure fidei commissi. Insti. de fideicom. hære. §. sed quia stipulationes. Defalcabunt tamen & retinebunt legitimam ipsius Titii, si erat de liberis testatoris, ad quos legitima solet spectare. Quia in hac testator eum gravare non potuit. C. de inoff. testa. l. quoniam. Defalcabunt etiam de reliquis Trebellianicam, & sic habebunt mediam hæreditatem. Alteram verò mediam ex iure fidei commissi restituent substituto, retinebunt etiam omnia bona ipsius Titii. Quia testator de suis tantum rogatus intelligitur, non hæredis. Si vero Titius nõ erat de liberis, defalcabunt tantum Trebellianicam, & habebunt etiam alia bona, quæ Titius aliunde quæsiuit, hæcque substitutio ius fidei commissi complectens, fieri potest cuilibet hæredi, & a quocunque testatore: Insti. de fideicom. hære. §. in primis. Secundo fit compẽ-

diola substitutio : Titium mihi hæredē instituo, si vero dictus Titius decesserit sine liberis, & quodocunque Caius sit hæres, hæcque est totaliter fideicommissaria. Quia licet per dictionem hanc (sit hæres) videatur directa, tamen per additionem (sine liberis) trahitur per fideicommissum l. Scevola ff. Ad Trebel. Innuere n. solet hac additione, ut quocunque tempore decesserit sine liberis, videatur esse rogatus per fideicommissum hæreditatem restituere post mortem, Quapropter quocunque tempore moriatur sine liberis mater aut quicunque successores, restituent hæreditatem substituto, deductis supra dictis. ff. de vulg. & pupil. substi. l. cohæredi §. cum filius. Tertio formatur sic, Titium mihi hæredē instituo, sed dictus Titius quodocunque decesserit sine liberis, Caium substituo, hæcque semper est fidei commissaria, eiusdemque iuris & effectus, sicuti duæ præcedentes tū ratione verbi substituo, tū ratione sine liberis. Quarto Titium filium meum hæredē instituo, si tamē filius meus

meus decesserit in pupillari ætate, & postea quodocunque sine liberis, Caium substituo. Sub hac forma comprehenduntur tres substitutiones. Una pupillaris expressa, si decesserit in pupillari ætate, & ex hac resultat tacita vulgaris, quæ sub pupillari expressa continetur, hancque non potest facere, nisi pater pupillo propter pupillarem ætatem expressam: tertia fideicommissaria est, quodocunque sine liberis.

QVÆSTIO.

Utrum si plures simul sint instituti vel substituti censeantur vocati simul & semel, an vero ordine successiuo? Distinctio in primis obseruanda inter ordinem caritatis seu affectionis & necessitatis, Quoad caritatis ordinem, si personæ vocatæ sint positæ in diuersis gradibus ab intestato, ut instituo fratrem meum & eius filios, iam liquido constat, fratrem meum mihi esse proximiorē filiis eius. Propterea non necessitate a testatore hæredes instituendi sunt, sed saltem affectione. Quoad necessitatis ordinem, si testator ne-

cessitate eas personas instituit, ut pote necessitate causatiua. Quia eis non institutis testamentum videbitur esse nullum, quia testator instituit filium suum in potestate, & nepotem ex eo natum vel nasciturum. Conclusiones itaque sequentes formantur. I. Si plures vocantur per copulam, inter quos solum cadit ordo affectionis, absque vlla necessitate instituendi vel substituendi, tunc istiusmodi personæ censentur vocatæ simul & semel, non autem ordine successiuo, ut Titium fratrem meum instituo & eius filios. Bart. in l. Gal. §. quidam, ff. de lib. & post. tenet contrarium, conclusio tamen hæc approbata visa est Alex. con. 129. lib. 5. II. Si inter eos, qui vocantur per copulam, cadit non solum ordo caritatis, sed etiã necessitas instituendi saltem causatiua, eo casu non existimantur vocati simul & semel, sed ordine successiuo, ut si instituitur filius & nepos ipsius testatoris Alex. consi. 14. nu. 10. lib. 1. III. Si plures personæ, inter quas cadit ordo caritatis, vocantur per alternatiuam, tunc vocati

vocati censentur non simul & semel sed ordine successiuo, ut instituo Titium vel eius filios & primo Titium, deinde eius filios, per fideicommissum. Dec. consi. 95. nu. 4. circa finem. Nunc de causis substitutionum. Efficiens causa propinqua vulga. substitu. testator, subiectum hæres institutus, obiectum hæreditas, forma secundi hæredis institutio, finalis causa prouisio testatoris, ut alius successor, instituto mortuo hærede ante vel post mortem testatoris, vel ab eodẽ nõ adita, in eius subrogetur numerum, effectus ut nõ existente instituto substitutus ex testamento consequatur hæreditatem, interea testamento a primo gradu institutionis non impetrante efficaciam, ob id, quia hæres institutus damnatus ad mortem vel hæreditatẽ repudiauit, tunc secundus gradus substitutionis incipit vires suas nancisci l. 3. ff. de lib. & post. Causa remota efficiens substi. pupil. est consuetudo populi Romani: propinqua, pater vel alius ex ascendente linea proueniens, qui filium in potestate habet, subiectum filius vel filia, naturales &

legitimi simul, legitimatus, arrogatus, exheredatus, posthumus & nepotes, Obiectum, hereditas, Forma sunt requisita superius enumerata, Causa finalis, prouidentia patris, qui prospicit filio de testamento, qui propter defectum iudicii disponere non potest, & ob singularē fauorē introductum. Zasius cap. 2. circa quintū membrū principale in explicatione primi requisiti.

OBSERVATIO V.

De heredum qualitate & differentia.

HI sunt in triplici differentia: aut enim necessarii tantum heredes, aut sui & necessarii, aut extranei. §. i. hoc titu. Necessarii sunt serui testatoris proprii, quibus non datur facultas seu arbitriū repudiandæ hereditatis, sed coguntur eā adire etiā suspectā, siue velint siue nolint, si modo cum hereditate simul ex testamēto domini libertatem consequantur, etiam ignorantes, & tempore mortis sint in potestate domini l. i. C. de necessa. ser. hære.

re. insti. Verum hoc genus heredum amplius vsus repressit. Alii sunt sui & necessarii, ut pote liberi existentes adhuc in potestate testatoris mortis tempore, quibus nemo præfertur in gradibus, ut filius & filia & descendentes ex filio, non autem ex filia, quia hi patris sui potestatem & familiam sequuntur. l. i. §. suos heredes ff. de suis & legit. hære. Sed differunt, quia viuente adhuc eorū patre improprie nepotes nominantur sui heredes, siquidē filio meo viuente, meus nepos nō erit mihi suus heres, sed tamen mortuo filio meo, erit mihi suus heres, scilicet respectu aui paterni, vulgo *Tott vund gemüß Erbē / Als findt / Enckel vund andere nachkommen Absteigender linien.* Idem iudicium de filiis emancipatis & posthumis, qui post obitum aui nascuntur. Ias. in l. qui se patris C. Vnde liberi. Et dicuntur sui heredes domestici, eo quod viuo parente quodammodo domini existimantur, suus enim quasi proprius domi ex suo corpore natus non aliunde accitus heres. Quia filius & pater pro vna &

eadem persona reputantur. l. fin. C. de Imp. Et si vero necessarii solum hæredes de iure ciuili cogebantur ad adeundam hæreditatem, de iure tamen prætorio permissum est eis, vt ab hæreditate abstineant, si velint. Alii sunt extranei hæredes, & sunt omnes ii, qui non sunt sub potestate testatoris, nec eius iuris subiecti, sicuti emācipati, filii etiam a matre instituti: Quia lex fœminarū nō extenditur ad liberos. Quippe non sunt dediti illarum potestati, Instit. hoc titu. Concludenter omnes extraneos hæredes nominari placet, qui sunt extra lineam descendantem. §. Cæteri hoc titu. Vulgo: Do einem ein Erbschafft ab intestato zugehörig oder angestorbē / oder in einē Testamēt verschaffet wordē / der mag sich derselbē ohne bedēckūg / auch ohne auffrichtūg eines inuētarii vnterfangen vnd annemē. Man sich auch hinfürē solcher annemung nicht entschlahē / sondern er ist zuentrichtūg aller schulde vnd interesse / so der verstorben zu thū gewesen dē glaubigern obligirt / hinwiedrüb mag sich auch der Erb dēr anerstorbe oder verordnetē Erbschafft / so er schadē daraus

zuuerhoffen / wol entschlahē. l. scimus C. de iure delib. Potestas n. de adeūda hæreditate vel non adeūda libera est. Quod, siue is, cui potestas abstinēdi est, se immiscuerit bonis hæreditatis, siue extraneus spōte adierit hæreditatē, in posterū relinquēdæ facultatis potestas nō erit, adeūdo tamē hæreditatem in tantum illi tenētur, quantū bona hæreditatis valere contingit iure nouissimo, & absque deliberationis auxilio. §. extraneus autem hæredibus, Instit. hoc tit. Est autem inuētarium scriptura quædam publica, continēs omnium quæ reperiuntur descriptionem. 12. q. 2. c. caritatem. Cuius hæc sunt requiri. Hæredem qui agnouit sibi hæreditatē esse delatam, siue ex testamento siue ab intestato, intra 30. dies teneri, vt inuentarium incipiat. 2. Citatio creditorum & legatariorum. 3. Certum tempus ad conficiendum inuentarium, ne tamen ipsum 60. dierum spatium absoluendi & perficiendi inuentarium videatur subterfugisse. 4. Notarius publicus quandoquidem scri-

pruræ priuatæ non adhibetur fides. 5. Ut adhibiti sint tres vel duo testes respectu hæredis, absentibus vero creditoribus vel legatariis ultra hosce testes, tres adhuc requirantur. 6. Ut testes adhibiti hæredem cognoscant, per manum autem hæredis signum crucis in principio inuentarii sit positum, seque subscribat inuentario, omnia in eo legitime esse peracta. Ultimo ponantur omnia bona hæreditaria, corporalia & incorporalia, mobilia vel immobilia, debita vel credita, commoda & incommoda. Hodie vero consuetudo loci obseruanda erit, coram Notario & testibus, omissis aliis solemnitatibus secundum Paul de Cast. & Ias. l. finali C. de iure deliberandi. Effectus inuentarii, hæres cōfecto inuentario, detracta falcidia de legatis, creditoribus aut legatariis non tenetur ultra vires hæreditarias, Wann das Inuentarium vßgericht/ so ist der Erb befreiet/ vñnd weiters nichts heraus zugebē schuldig/ dan so weit sich die Erbschafft erreichē mag/ vñnd vñ seine gut ichts zugeben nicht verbūden,

Inuentarium etiam excludit hypothecam. Nam si hæres animo vendendi res hæreditarias satisfacit creditoribus ac legatariis, aliis postea creditoribus contra hæredem & eintorem agere nō licet, licet res vendita specialiter ipsis hypothecata fuerit. Excusatur quoq; hæres per inuentarium rite confectum ab obligationibus hæreditariis defuncti, & iniuste in personam hæredis causatis, d. l. finali. C. de iu. delib. & ibi Ias.

OBSERVATIO VI.

De exhæredatione.

St autē exhæredatio expressa seu tacita testatoris dispositio, qua libera parentibus debita hæreditate priuantur. Est enim exhæredare aliquem hæreditate & iure succedēdi priuare. Bart. in l. quidam cum fil. ff. de verb. obliga. Euidenter itaque apparet, aut vt post mortem patris sui hæredes instituti, non hæreditatē percipiant, sed liberam bonorum admini-

strationem consequantur. Etenim eo res perducta est, continuatione domini, ut nulla videatur hæreditas suis hæredibus delata fuisse. Aut ut inserta causa ex causis legitimis emanante exhæredentur. Ecce mortuo patre non videtur hæreditas ad filios eius devenisse, sed res quodammodo ipsius filii. Nam etiam vivente patre, videntur filii esse domini bonorum paternorum. Vnde patre mortuo filius potest consequi liberam bonorum administrationem, & non obstat, licet eos possit exhæredare. ff. de lib. & post. hære. instit. l. in suis. Simili modo & posthumi possunt hæredes institui & exhæredari. Instituitur & exhæredantur, si post mortem meam intra 10. menses filio meo mortuo nepos mihi natus fuerit, hæres esto vel exhæres. l. Gall. in prin. ff. de lib. posth. hære. insti. Ita quoque Julius Velleius consulebat observandum esse in nepotibus ex filiis, ut avus hoc modo institueret, Titium filium meum hæredem instituo & si contigerit eum mori ante mortem meam, Sem-

pronium nepotem ex eo substituo vel exhæredo. ff. eodem l. Gal. §. nunc. Gal. itaq; providet circa eos, qui mortuo patre & avo nascuntur, sed non providet eis, qui nascuntur viuo patre & avo post testamentum avi. Sed Velleius iis, qui nascuntur viuo avo, mortuo iam patre, & hoc siue mortuus iam sit pater tempore testamenti avi, siue post factum testamentum moritur, ut quando filio mortuo instituo nepotem iam nasciturum, qui me viuo natus fuerit, quando igitur exhæredationis nulla inserta causa exprimitur, tunc testamentum redditur ipso iure nullum, at non est opus querela ad illud rescindendum, hæcque est communis opinio. Immol. in l. i. ff. de test. l. præterito, de iniur. rup. Curt. Iun. in Aut. ex causa. C. de lib. præte. Ex quo infertur per dispositionem §. aliud quoque capitulum in Aut. ut cum de appell. cognos. in exhæredatione nominatim causam inserendam esse, alias non inserta causa, & sic non servata forma a lege tradita, actus remaneret ipso iure nullus. E

tiam si exhæredationis inserta causa exprimitur, necq; tamen causa inserta ꝑficiscitur ex causis legitimis, quibus pater filium potest exhæredare, hoc casu etiam testamentum erit ipso iure nullum. Et cōsequenter non est opus querela. Paria enim sunt aliquid non fieri, vel minus legitime fieri, ut exhæredo filium meū, quod operam non impenderit bonis literis. In hoc enim non servatur forma a lege tradita, ex quo talis forma laboret vitio visibili, repugnante ipsi legi. Imo in l. i. ff. de testa. quinimo etiā si in exhæredatione apposita fuisset causa legitima, nihilominus tamen opus esset distinctione. Aut enim talis causa est vera, quia hæres institutus illā esse verā ꝑbat, & tunc valet exhæredatio, necq; locus est hoc modo querelæ ꝓa testamēto iuris dispositione cōdito inanis querela ꝑ filiū obiici potest. Aut talis causa inserta non ꝑbatur ab hærede, & tūc valet quidē ipsa exhæredatio, eo quod non laboret defectu formæ a lege traditæ, potest tamen ꝑ filium exhæredatum

scin-

querela inofficiosi obiici, & illud rescindi, hæc q; conclusio est clara. Curt. Jun. in Authen. ex caus. versicul. alias duas, & sic attestatur Imo. l. in d. l. i. ff. de testament.

QVÆSTIO.

An filius ex causa a patre sit exhæredandus? Respondeo. Considerandi sunt nonnulli casus, quādo testamentum propter exhæredationem reddatur nullum vel inofficiosum, Casus. I. Aliquādo pater exhæredat filium, nulla inserta causa, & hoc casu testamentum est ipso iure nullum, & sic non est opus querela ad illud rescindendum. Imo. in l. i. ff. de testa. Cautū enim est, ut in exhæredatione nominatim causa inseratur. II. Casus. Aliquando est inserta causa, & tamen non est ex causis legitimis, ex quibus filius exhæredandus est, & tenēdum est, etiam hoc modo fieri testamentum nullum, & consequenter non opus esse querela. III. Casus. Quandoque pater in exhæredatione apposuit causam legitimam & veram, quia hæres institutus probat

E

illam esse veram, tunc valet exhæredatio, quia si testamentum valet, & ipsa exhæredatio iuris foueatur, & sic erit inanis querela. IV. Casus. Si vero talis causa non probatur ab hærede, & tunc bene valet illa exhæredatio, quia non laborat defectu formæ a lege traditæ, veruntamen per querelam testamentum tãquam inofficiosum rescinditur. Duo itaque sunt necessaria concludenter, vt exhæredatio valeat. I. Nominatim causa inserta sit in testamento. II. Ipsa causa ab hærede probata: hæcque sunt communes conclusiones. Curt. Iu. in Aut. non licet. nu. 17. C. de lib. præterit. Et sic habendus casus, in quo negatiua est fundamentum intentionis, & tamen nõ debet probari. Sufficit enim filio, si dixerit testamentum paternum esse inofficiosum, eo, qd ipse sit exhæredatus, & causam ipsam exhæredationis non fuisse veram. Nã si hæres non probauerit illam veram esse, exhæredatio non valebit, & p̄cõsequens testamentum ipsum, tanquã ab insano conditum. Causæ pro-

pter quas filius exhæredandus a patre, enumerãtur in § causæ. in auth. vt cum de appell. cognos. quatuordecimi neque filius iis 14, exhæredari solum potest: sed etiam aliis, quæ sunt similes vel maiores illis: vt si filius proditor fuerit patriæ. Alex. in authen. non licet numero 4. Etiam propter iniuriam verbalem tantum sibi illatam, præsertim si graue stigma seu notam proditionis parëti inuffit. Grauis enim iniuria verborum æquiparatur verberibus, præsertim patri, cui iure diuino & humano summus honor summaque debetur reuerentia. Filia vero, quæ alteri nupsit sine consensu patris, non potest exhæredari, nisi turpiter & obscæne. Abb. in c. 1 num. 5. de despon. Requisita exhæredationis, I. Vt causa legitima nominatim inserta sit testamento, II, Vt ipsa causa ab hærede probetur, hæcque est communis conclusio. Curt. Iu. in Authen. non licet C. de lib. præteritis.

De infirmatione testamenti.

Infirmatio testamēti ipso iure duplici modo contingit, primo si rumpitur testamentum, & q̄dem multis modis, potissimum vero, si testator condito primo testamento cōdit secundum rite confectum & solemne, tunc regulariter prius tollitur per secundum, neque in hoc est controuersia inter doctores. §. posteriori, In sti. quibus mo. testa. infirmētur. Hæcque cōclusio habet locum non solum in testamentis priuatis, sed etiam corā Imperatore confectis, vel auctoritate ipsius confirmatis; vt secundum, sine consensu Imperatoris conditum, primo etiam præferatur. Bart. in l. omnium nu. 3. C. de testa. Quinimo condito primo testamento, etiam accedēte iuramento, testatorē primum testamentum non esse reuocaturum, nihilominus primum infirmabitur, & plane reuocatum esse videbitur, non obstante illo iuramento. Ita tenenda glossa in c. vltima voluntas, in glossa vnica. 13. q.

2. Et ita ab omnibus obseruari solet, Alex. in l. stipu. hoc modo concep. ff. de verbo. oblig. communis insuper determinatio D D. Paul. de Cast. conf. 339. post nu. 1. lib. 1. Alex. in l. pact. quod dotal. nu. 3. C. de pact. & consilio 18. nu. 2. lib. 2. Licet alii sentiant, quod secundum testamentum non valet, respectu iuramenti, testatorem primum testamentum non esse reuocaturum, Albert. in l. 1. circa fi. C. de SS. Ecclesiis. Et ita communiter tenent Cano. *Wosfern das ander Testament/mit aller rechte mässiger ziere gefertigt/vñd gänzlich vollkommen /sonsten aber aus mangel oder vnvollkommenheit des andern Testaments/bleibt das erste beiwörden.* Vnus tamē est casus, in quo testamentum perfectum & solemne reuocatur per secundum testamentum, quamuis imperfectum & minus solemne, concurrentibus tamen hisce interuenientibus. I. Instituti in primo testamento heredibus extraneis, hoc est, *Es weren dann im ersten Testament frembde Erbē gesetzt/vñd die nächste Erben vñd freunde darinnen*

aufgeschlossen/als dann mag ein Testierer
sein erst Testament wiederruffen. Vnd
vor 5 gezeugen/seine nächste freund zu Er-
ben ein gesehen. 2. In secundo testamento
institutis venientibus ab intestato 3.
Interuenientibus quinque testibus, in
secūdo testamento. Textus in d. l. hac
consul. §. si quis autem C. de testa. Dis-
positio vero d. §. si quis autem, nō ha-
bet locum, si in secundo testamento
esset præteritus aliquis ex filiis ipsius
testatoris. Bart. in l. si ex duobus. §. si pri-
us nu. 2. ff. de bonorū possess cōtra tab.
Alex. in d. §. si quis autem nu. 9. Vnde
si filius post cōmissam causam ingradi-
tudinis, propter quam poterat a patre
iuste exhæredari, viuo patre pœnitentiam
ante testamentum ab eo condi-
tum egerit, exhæredari non potest. A-
lex. in l. i. post nu. 33 sol. mat. Et est sin-
gularis & noua decisio, & communiter
approbata. Licet enim in puncto iuris
non transiret sine difficultate, esset ta-
men tenenda in practica, quia mitior
est & fauet successioni filiorum. 2. In-
firmatio postea testamenti ipso iure

con-

contingit, si irritum testamentum fiat.
Quanquam enim ab initio valet hoc,
tamen ex mutatione status testatoris
vis eius fit læguidior. Ruptum autem,
& si ab initio locum habet, ex post fa-
cto manente tamen testatore in eodē
statu infirmatur. Fitque irritum pluri-
bus modis. In primis capitis diminuti-
one ipsius testatoris. Limitatur verum
de iure ciuili, secus de iure prætorio,
nam hoc iure solemne testamentum
capitis diminutione irritum factum,
testatore pristinum statum mortis tē-
pore recuperante reconualefcit. l. qui
ex lib. §. testament. ff. de bono. poss. se-
cund. tabul. Infirmitas vero officio iu-
dicis fit per querelam inofficiosi testa-
menti: Testamentū autē inofficiosum
dicitur, quod officio & pietati pater-
næ non solet cōgruere, vt pote, si parē-
tes liberos suos in testamento a succes-
sione hæreditatis sine iusta causa ex-
hæredationis, inducti nouercalibus
delinimētis, & persuasionibus exclu-
dunt. l. 3. & 4. ff. eodem. Hæreditas au-
tem paterna, liberis naturali ratione

E 4

debetur, ad quam iure naturæ & communi parentum voto ij vocantur, verū parentes ad liberorum hæreditatem ratione cōmiserationis admittūtur. l. scripto hærede. ff. si tab. test. nul. exsta. & l. nam & si parenti ff. de inoffi. testa.

Dann die klag de inofficioso testamēto soll anderst nicht verstanden werden / dan / wo Vatter vund Mutter ihre kinder enterben / vund ihnen gar nichts verlassē. Als dann die kindere / vund sonst nicht / querelā inofficiosi testamenti vorzuwēden. Do ihnen aber ichts verlassē worden / so hat berurte klag nicht statt / sondern es haben sich die enterbten kindere eines mehrern nicht anzumassen / dann das sie allein vmb vōlkommenē erstattung / ihrer gebürenden legitima klagen mögen. Nemblich das ihne zu deme / so ihnen im Testament verordnet souiel gegeben werde / das sie ihren pflichtigen Erbtheil vōlkommenlich erlangt haben / hoc modo actio ad supplementum legitimæ saltem intentari debet. l. Papini. ff. eodem. Ne tamen subsit vlla honesta causa exhæredationis. l. omnimodo cum l. sequent. C. de inoffi. testa.

test. Remedia dantur in fauorem & patrociniū exhæredatis, vel iniuste præteritis 1. Ius dicendi testamentum nullum, quia negatiua est fundamentum intentionis, & non debet probari, sufficit enim filio si dicat, testamentum paternum esse inofficiosum, eo q̄ sit exhæredatus. 2. Querela inofficiosi testamenti. 3. Supplementum legitimæ. Est enim querela extraordinariū remedium, cui locus erit aliis quidem cessantibus, hoc est, si exhæredatis sine causa liberis nihil sit relictum vnde legitimam consequi possint. Dann man den kindern zum wenigsten ihren natürlichen pflichtigen Erbtheil / legitima genannt / mit nutz vund rechtem eigenthumb verlassē / vund sie in denselben zuerben einsetzen soll / wofern nicht gewisse vund wollgegründte warhaffte vrsach zu enterbē vorhanden sein: Do dan durch die enterbten kindere geklagt / als dann die Instituirten Erben die vrsach der enterbung / wie in dem Testament begriffen / auff deß gegentheils widersprechē / lauter auszuführen verbüden / Wo nicht die vrsach der enterbung befundlich

fruchtlich so kan solches dē enterbtē künden/
 nicht se preiudicierlich sein/sondern sie wer-
 dē als ob kein Testamēt aufgericht / zu ge-
 lassen. Nā si hæres institutus nō proba-
 uerit causam esse verā, exhæredatio nō
 valebit, & per consequens testamentū
 ipsum corruet, quia merito, non serua-
 ta forma a lege tradita, actus remanet
 ipso iure nullus. Wo aber die vrsachen
 außgeföhret/ bleibt das Testamēt bei wü-
 den. Authen vt cum. de appel. con. §. si-
 ue igitur.

OBSERVATIO VIII.

*De legitima, Falcidia & Trebellianica
 portione.*

PRima quidem debetur iure natu-
 ræ tantum filiis, & ipsis mortuis ne-
 potibus, etiam ex eis natis, nec eis im-
 poni potest grauamen super ipsa, per
 legata aut fideicommissa, sed bene gra-
 uari possunt debita. Non potest et-
 iam illis imponi conditio vel modus,
 & si apponitur pro non adiecto habe-

tur. C. de inoff. testa. l. ònimodo. Estq;
 legitima portio bonorum hæredita-
 riorum, quam pater relinquere tene-
 tur filiis non ingratis. Quia iure nouis-
 simo ad hoc, vt filius nō dicatur præter-
 itus, non sufficit in testamento, facere
 mentionem eius, sed requiritur etiam,
 ei esse relictam legitimā titulo hono-
 rabili institutionis. s. aliud quoque, in
 Authen. vt cum de appel. cogno. Quia
 filius iuris necessitate dicitur institui
 vel exhæredari. Et ideo si sit præteritus
 testamentum est nullum. Curt. Iu. in
 Authen. ex causa nu. 52. C. de libe. præ-
 ter. Quamuis glossa in l. scimus. s. cum
 autem in s. celebrari. C. de inoff. testa.
 teneat sufficere, si filius sit honoratus
 per viam fideicommissi, D D. tamen
 hanc opinionem, vt Alex. in l. inter cæ-
 tera ff. de libe. & posth reprobant. Cō-
 clusio itaque manifesta apparet, omni-
 no requiri, vt filio relinquatur legiti-
 ma institutionis iure, alias testamen-
 tum esse nullum. Et sic filius succede-
 ret patri ab intestato. Ita omnes indif-
 ferenter tenent, Ias in Auth nouissima

nu. 13. C. de inoff. testa Neq; hæc dispositio iuris in fauorem filiorum introducta est inutilis. Nam, si filius in re certa siue minima fuerit institutus, sine dubio, si cohæres vniuersalis repudiauerit hæreditatem, tota hæreditas accrescet filio instituto in certa parte, hoc est, institutus in re minima, vniuersali cohærede repudiante hæreditatem, totam hæreditatem consequetur. Secus autem esset, si non titulo institutionis, sed legati vel fideicommissi, vel alio particulari titulo ei aliquid relictum fuisset. Insuper etiam approbatur esse utilis, quia institutus propria capit auctoritate, non autem legatarius, & hæres scriptus potest intentare remedium. l. fin. C. de edict. Diui Adri. toll. Et petere se in possessionem mitti. hæc q; decisio non solum de iure nouissimo de plano procedit, sed etiam digestorum iure legitima filio erat relinquenda titulo institutionis. Iac. de Nig. in repert. rubri. ff. de legat. 1. De iure autem codicis sufficiebat filium honorari quocunque relictu-

titulo. l. omnium C. de inoff. testa. Et dicitur aliquando legitima, aliquando debita pars. l. sancimus C. de inoff. testamēt. Aliquando debitum simplex. Auth. de triente & semisse §. i. Aliquando subsidium bonorum. C. de inoff. testam. l. si tot. Et p̄ numero liberorū instituenda est legitima. nam si plures erunt liberi, quam quatuor, erit semissis, sin pauciores triens, hoc est, tertia pars totius hæreditatis. Authen. nouis. C. eod. Quia iure hodierno ita est aucta legitima ascendentium, vt legitima descendentium, quæ etiam simili modo ascendentibus relinquenda est titulo institutionis, quemadmodum descendentibus, licet Bart. in d. Authen. nouis. nu. 4. C. de inofficioso testam aliter teneat, tamen hanc opinionē Bart. communem attestatur Ant. de But. cōsi. 15. nu. 2. Alexā. in l. i. de bono. possess. Dec. in l. i. nu. 8. C. de bono. possess. secun. tab. Ias. in d. Authen. nouis. nu. 37. Requisita; primo, quod de iuris necessitate filius vel instituendus, vel ex hæredandus 2. Quod tota & in-

regra legitima non de necessitate filio relinquenda, sed sufficere videtur, quæcunque illa sit, relinquatur titulo institutionis. Satis enim est, si in aliqua re vel minima sit honoratus institutionis titulo. III. Quod filius in legitima non potest gravari per fideicommissum, l. quoniam in prior. C. de inoffi. testa. Licet Bart. dubitet in l. i. ff. de vulga. & pupil. substitu. Sed succedentes ab intestato ipsi filio, si contingat filium decedere impuberem, possunt gravari, l. si fundum per fideicommiss. cum l. sequenti ff. de legat. primo. IV. Quod institutio necessaria sit, prout in primo requisito habetur, nam si pater in testamento dicit, relinquo filio meo ceterum, relictum non censetur iure institutionis. Et ideo testamentum non sustinetur. Alex. in l. humanitas C. de Imp. Nam verbum relinquo adiectum certæ rei, nunquam ad institutionem trahitur, neque in hoc casu, pater relinquit filio suo in testamento ceterum, deinde adiecit clausulam, quod nihil ultra petere posset, censebitur relictum

titulo institutionis. Licet Bal. in l. si adul. nu. 2. C. de hære. actio. sentiat aliter. Communiter tamen per D. D. hæc decisio reprobatur. Nam ex huiusmodi verbis appositis, ut restringatur dispositio, non debet ipsa ampliari, ut scilicet subintelligatur, institutionis titulus, qui a testatore non expressus esse videtur. Altera quidem Falcidia a Falcidio tribuno plebis institutionis titulo debetur, quæ est quarta pars hereditatis, quæ hæres occupat. Nam ultra modum certum atque præfixum, testatorem non decet exhauriendo legatis hereditatem, sed hæredi instituto quartam partem suæ hereditatis relinquendo. Quod si testator modum legandi excesserit, hæres partem suam integre a legatariis pro iusta singulorum portione, analogia Geometrica detrahet, non autem Arithmetica, l. i. ff. ad legem Falcidiam. Conceditur etenim legandi potestas, sed tamen restringitur etiam, ne quis ultra dodrantem, hoc est, tres partes hereditatis suorum bonorum aliis hodie legare possit d. l. i. ff.

eodem. Falcidia, quæ debetur nõ iure naturæ, sed institutionis, differt a legitima & Trebellianica. Nam in Falcidia non computantur, nisi ea, quæ hæredi iure institutionis prouenerunt, non autem legata, vel alia modo prouenientia. In Trebellianica computantur non solum, quæ proueniunt hæredi iure institutionis, sed omnia, quæ ei ex testamento, utpote iure legati vel donationis contingunt, non alia extra testamentum prouenientia. In legitima vero, quæ prouenit iure naturæ, nõ computatur solum ea quæ proueniunt ex testamento quocunque titulo, sed vndeunque sint etiam profecta. l. in quar. ff. ad l. Falci. Verum hic ponenda est distinctio hæc: Aut pater donauit filio ob causam dotis, vel donationis propter nuptias, & illud computatur cum legitima: Aut donauit simpliciter, sic non computabitur, Authen. ex testa. C. de colla. & in l. filium quem habent. C. Famil. hercis. Dann es werden auch der Söhne vnd Töchter heirathgüter vnd wiederlag in die legitima

gerechnet / vnd daran abgezogen / l. quoniam nouell. consti. C. de inoffi. testa. Vnde infertur, legitimam portionem, quæ debetur iure naturæ, non amitti propter delictum a patre commissum in læsam maiestatem. Quippe si filii cõdemnatione patris cognita, furtim & dolose ceperint suam legitimam, nõ tenentur ad restitutionem Principi. Quia possunt eam tenere iure naturæ, quæ propter ius posituum non potest tolli: Quia pater non potest priuare filium legitima, nisi in incertis quibusdã casibus. l. Ingratitudinis casu, C. de inoffi. testa. l. quoniam in prior. Alii tamen contrariũ disponunt. Ratio quia per contractum tollitur legitima, sed in delictis quasi cõtrahimus. Quia per quasi contractum quis obligatur ad pœnam, ff. de iur. fisc. l. Imperator. Legitima est quarta bonorum, quam pater habet tempore mortis, vt eam relinquat filiis non ingratis institutionis titulo. nihil autem habens ob confiscationẽ bonorum, hoc est, quando sunt cõfiscata. ff. de interd. l. 3. Ces-

fat autem Falcidia in quibusdam ca-
sibus. I. In his, quæ legantur sic, vt
alienari non possint, sed ad successo-
res eius, cui relicta sunt, proueniant.
So der verstorben einem etwas verschafft/
vund dabei geordnet / das solch legat
bei ihme vund seinen nachkommen ewig-
lich bleiben / vund nicht alienirt noch
geuuffert werden solt/. l. sed ea in re. C.
ad l. Falcidiam. II. Quæ ad pias
causas relinquuntur Ecclesiæ aut pio
loco. Wann der verstorben vmb Got-
tes oder seiner seel heit oder den armen
zue gutt ad pias causas ichtes verordnet
hätte / solches kã noch mag durch die Falci-
diam nicht geschwächet werden. Au-
then. simili. C. ad l. Falcidiam. Am-
pliatur textus sic, quod si Ecclesia in-
stitueretur hæres, tunc liceret détra-
here Falcidiam de legatis alteri Eccle-
siæ confectis: Quia currit priuilegium
cũ priuilegio, & sic concurrentibus pri-
uilegiis vtũtur ambæ Ecclesiæ iure cõ-
muni. l. assiduis C. qui potiores in pig.
hab. Panor. in c. in præsentia, de pba-
tio. III. In testamẽto militis. IV. Si testa-

tor certus de sua quantitate patrimo-
nii prohibet expresse deduci Falcidi-
am. V. Si hæres inuentarium non fe-
cerit secundum modum & tempus sta-
tutũ, vnd sich also vnerfahrner gelegen-
heit der güter / in die Erbschaft geschlagen
hätte. Vltimo cõstitutio legis Falcidiæ
non locum habet in hæredibus, So in
auff oder absteigender linien den verstorbe-
nen gesipt sindt / dann dieselben empfangẽ
ihren legitimam, vnd ohne das ihren nar-
türlichen pflüchtigen erbtheil l. sancimus
C. de inoffi. testa. Causa efficiens est
Falcidius tribunus plebis, impulsua
immoderata legãdi facultas, respectu
n. publicæ vtilitatis libera aliquando
disponendi facultas de suis rebus ali-
quãtulum restringitur, & interest Rei-
pub. vltimas hominum voluntates nõ
nimium coarctari. Angel. in prin. arg.
l. i. §. fin. ff. de his qui sunt sui vel ali-
eni iuris. Subiectũ est persona hæredis,
tam instituti, quã venientis ab intesta-
to. Obiectum sunt res ferme corpo-
rales siue incorporales. Forma adem-
tio est quartæ partis. Causa finalis

fauor testantium & hæredum. Vtriusque enim interest tam testatoris, vltimam conseruari voluntatem, quam hæredi aliquid relinqui, ne vel ob nullum vel minimum lucrum hæres causam non adeundo hæreditatem consequatur.

QVÆSTIO.

An sumtus, in vita patris, in filium versantem in Academia, collati, sint detrahendi? Resp. Quandoquidem in descendentibus solis collatio profectiorum bonorū regulariter locū habet, nisi sit aliter a defuncto dispositum: ipse enim iuris necessitate & non liberalitate aliquid conferens liberis, videtur eius rei post obitum collationem instituere. Authen. ex testam. & l. vt liberis C. de collatio. eam ob causam liberi, quibus ab ascendentibus aliquid collatum est, ad defuncti hæreditatem cum aliis simul succedendi facultatem non habent, nisi prius illud quod acceperunt, aut conferant

aut

aut detrahant debita portione seruando æqualitatem inter cohæredes. Verum de filiorum sumtibus vel libris in vsum ipsorum comparatis longe aliter erit sentiendum, prout Bart. in hac difficili & plane intricata quæstione in l. i. §. nec castrens. ff. de collatio bono. ita solet decidere. Quod si accesserit expressa traditio librorum, vel donatio per patrem facta: Aut si filius ex agresti vita ad humanitatem excultus, superstite adhuc parente, tum doctrina mansuetiorum Musarum hausta, Magisterii lauream consecutus, tum ciuilibus iuris profundissima superata investigatione, eiusque victa difficultate titulo doctoratus insignitus sit, tunc eo militate huiusmodi libri pro Castrensi peculio habentur, & nequaquam ex obitu parentis sunt conferendi. Quinimo nec sumtus studiorum, eã ob causam, quando quis laudem haud exiguam sit cõsecutus, qui artibus ac scientiis multis seculis oppressis, haustis difficilimis laboribus, non operã impendit solū indefatigabilẽ, accipiendo hoc

norē aut lauream Magisterii & Doctoratus, sed qui eas etiam iure postliminii pristinae dignitati, cum magna totius humanæ societatis beneficio restituit, sunt detrahendi, cum interfit multum Reipub. ut ei, quæ vernanti exsuta decore pallidam & obscuratam in terram iam deiecit faciem, consulatur. Trebellianica a Trebellio auctore debetur iure institutionis, & est quarta pars totius hæreditatis, ut institutus hæres rogatus restituat hæreditatem alii, obeūdo sine liberis: iste sic institutus poterit retinere quartam partem totius hæreditatis. Instituti de fideicommiss. hære. §. sed quia. C. ad Trebell. per totum. Institutus tamen in certa parte hanc non habebit. Cessat etiam Trebellianica in quibusdam casibus. I. In legatis ad pias causas. II. Prohibente testatore. Authen. de hære. & Falci. §. si nõ expresse. Ratio quia si testator posset tollere Falcidiam, multo magis Trebellianicam, quæ non tam amplo nititur priuilegio. Differt tamē Trebellianica a Falcidia, quia hæc a legatis

gatis secundum rationem eorum debitam seu proportionem: illa vero a tota hæreditate, detrahit quartam fideicommissariã. l. in quartam. Bart. nu. 6. ff. eodem. Quid autem sit Trebellianica, & quatenus locum occupet, suo loco patebit.

Observatio penultima de legatis.

Legatum quidem dicitur donatio quædam a testatore relicta, sed ab hærede præstanda. Quia post obitum testatoris, & post aditam hæreditatem ab hærede debetur. Insti. de lega. §. 1. Hodie etiam legatum & fideicommissum fere æquiparantur. Quinimo quicquid est iuris in vno, id & in alio, l. 1. ff. de legat. Dicitur autem fideicommissum, quod olim fideicommissa ex fide hæredum pendebant, ideoque dicebantur fideicommissarii, quibus legata soluendo fideicommittebantur, alias executores testamentorum. Sunt igitur aliquot gradus rerum, quæ legari solent.

I Res aliena a testatore potest legari, sciente tamen testatore rem legatam esse alienam, hæresq; tenetur eam emere & præstare, vel æstimationem solvere, si sit talis, quæ æstimari possit. Insti. de lega. §. non solum s. quid autem. Limitatur verum: Aut res legata testatori pignorata erat, & sic in ea re habet ius solum, tunc non præsumitur, nisi legatum illud ius esse, quod in eo habebat, & sic non dabitur æstimatione. l. tertium. ff. de leg. i. Aut res legata erat testatori communis, simul etiam alteri, sic intelligitur solum legasse suam partem, ne si dixisset, totam talē rem. Quia sic æstimatione opus est. Bart. in l. adeo alienam. ff. de testa. Aut res omnino est aliena, sed & si est hæredis, debetur omnino l. vnam ex famil. s. si rem. ff. de leg. 2. Si vero non est hæredis, sed alterius, & si inter legata est, debetur æstimatione d. l. cum aliena. Limitatur iterum, si sit talis, cuius commercium haberi possit, alias legatum fieret inutile. l. apud Iulianum ff. de leg. i. Si vero legata est ignoranter & coniunctæ perso-

sonæ, cui alias fuisset relicturus, si sci- uisset alienam esse, debetur æstimatione, d. l. cum alienam. Bald in l. i. C. de Sa- cro Sanct. Eccles. tenet Ecclesiam esse coniunctam personam, cum sit mater omnium fidelium, 12. q. 2. qui abstulerit. Verum Panormit. in c. filius noster de testa. obstat, Ecclesiam videlicet non haberi pro coniuncta persona, sed solum coniunctum sanguine dici personam coniunctam in c. nonnulli de rescrip. Quod vero coniunctæ personæ debeat, intelligendum est, si errauit generaliter, secus si specialiter, ut si crederet rem suam, exceptione tamē facta a pupillo, tunc vitatur legatum in totum, etiam si esset factum coniunctæ personæ, d. l. cum alienam. In communi sic obseruatur Praxi: Wo fern dem Testator bewusst solch gut/ were res aliena, vund nicht sein gewesen, tunc hæres tenetur eam redimere & præstare d. §. non solum. Do aber der testator keine wissenschafft / ist der legatarius solches zubeweisen vund außzuführen / obligirt / das von dem testatore solche verordnung

wissenschaftlich fürgenommen. Ampliatur tamē hic textus / wo solch legat auf einen nahen gesipten freund gestellet / das er verstorben / vermüthlich solch legat demselbē gethan hette. Ob er gleich bērürten guts keine wissenschafft gehabt / das es sein gewesen. Quod autem in re aliena locus est legatis, d. §. non solum, fit hoc diuersa ratione. Nam testator, aut ius aliquod in re aliena habet, aut non habet. In vtriusque casus euidētia hæ assignantur conclusiones. I. Quod si testator nullum ius habens in re aliena, sciens eā legauerit alteri, siue sit res pupilli, vel minoris, nihilominus tamē huiusmodi legatum ab hærede sit redimendum & præstandum, domino rē legatam vendere volente, sin minus iusta eius æstimatio debetur legatario. l. non dubium §. fin. ff. de leg. 2. II. Conclusio. Quod si res legata peruenit ante mortē testatoris ad legatarium titulo lucratiuo donationis scilicet & non oneroso, hæres æstimatione illi non liberatur. Nam traditum est duas
lucra-

lucratiuas causas in eandem rem & personam non posse concurrere. §. si res aliena de lega. & Bart. in l. Mæuius. §. duob. ff. de lega. 2. Quod si vero res legata ad legatariū peruenit titulo oneroso utpote emtionis, & ex alia simili causa, hæres actione ex testamento ad restitutionem pretii tenebitur. III. Quod si testator rem pignoratam alienam legauerit personæ prorsus extraneæ, sine præsentia domini, tunc hæres propter testatoris errorem ad præstationem rei legatæ minime obligatur. Testator vero habens ius in aliena re, vel ad rē, quale est ius pignoris, hypothecæ, vltusfructus quoque, item actionem personalem ex testamento habens eamq; alteri legans, suum ius tantum legasse præsumitur, quod in eo habebat, l. si domus §. fin. ff. de lega. 1. Veruntamen legatum factum vel coniunctæ personæ, vel familiari alicui extraneo, præsertim præsentē domino valet, & ab hærede est soluendum, d. l. cum

cum alienam. II. Modus. Rebus quibusdam legatis, & postea venditis hæres tenetur, ut vel redimat vel eius æstimationem præstat. Quod sic intelligendum est, quod si res tota fuerit vendita animo adimendi legatario, legatum cessat: si vero testator non animo adimendi vendidit, sic valet legatum, **So der testator keineswegs die ordnung damit abzustellen willens gewesen/ soll der legatarius seines legats oder billichen werths entriht werden.** Simili modo si res legatam pignori dedit, quod nisi habuerit animum adimendi legatum, tenebitur hæres eam luere, & legatario tradere, Insti. de lega. sed si rem suam, In cōsciētia credo verū, si testator noluit mutare testamentum, secus si morte præreptus, non potuit aliquid de suis disponere. Quia tunc præsumitur, quod animo adimendi legatum alienauerit. III. Modus. Res proprię ipsius legatarii quoque legantur, dummodo aliquid oneris in se contineant, ut sint pignori datæ, tunc hæres obligatur eam luere indistincte, siue sciat, siue ignoret

testator, eamque præstare legatario. l. si tibi ff. eod. Quod si sine onere, erit inutile legatum, quod enim semel alicui proprium est, amplius eius fieri nō potest. s. sed si rem. hoc tit. **So der verstorbenientand ein gut/ das einem andern verpfändet were / legirt / so ist der Erb verbunden / dasselbige verpfände gut / durch gebührende wiederlösung an sich zubringen / vund dem legatario zuzuordnen.** IV. Modus. Legari quoque possunt res, quæ non sunt in rerum natura, dummodo sit futurum, ut fructus futuri in fundo aliquo, vel quod nascetur ex ancilla. Insti. de lega. s. ea quoque res. Similiter, iura, actiones & seruitutes, & huiusmodi legari possunt. Nisi in vita testator debitum exegerit, vel remisisset: & in dubio præsumitur legatum voluisse adimere exigendo vel remittendo, Insti. de lega. s. cum autem. Debitori quoque sua liberatio potest legari, Insti. de lega. s. si quis debitori. Nisi testator viuis exegerit. Insti. ibi. s. caus. V. Modus. Neque legatum factum in genere generalissimo, neque inge-

in genere subalterno, utpote, si legetur substantia vel res vel corpus, valet. Si y. genus interius est, quod sub se specie specialissimam complectitur, tunc sic distinguendum erit: Aut enim res eius generis habet certos fines a natura designatos, ut bos, equus, & huiusmodi: Aut habet fines ex sola distinctione hominis, ut fundus, ff. de lega. i. l. quod in rerum §. fin. Aut factio hominis, ut domus vel fundus. Si loquimur de primo, sic legatum valet, si loquimur de secundo, sic non valet. Quia videtur de decisoriū, quod hæres præstādo fundū unus digiti liberaretur d. l. q̄ in rerū. s. si q̄s autē. Sin v. loquimur de tertio, tūc aut legās domū in genere reliquit aliquas domus, aut non: si sic, electio erit legatarii, si non, legatū erit decisoriū. ff. de lega. i. l. si domus in princ. VI. Modus. Quod testator vni fundum, alteri vero vsum fructum fundi legare potest: verum hoc legatum sic intelligitur, ut unicuique eorum dimidium vsum fructum fundi dicti legasse videatur. l. si alii ff. de vsum fructum legat. Quod si legatur ali-

cui

cui vsum fructus sub certo tempore utpote vq; quo talis peruenerit ad decē annos, vsum fructus non extinguitur ante decem annorum spatium completum: secus si moriatur usufructuarius ante decem annos, quia expirat. Si vero legatur sub incerta conditione, puta donec talis furiosus fuerit sanæ mentis, euentus enim incertus est, si conditio euenerit, expirat, Si autem in furore permanserit, & obierit, nihilominus vsque ad vitam usufructuarii legatum durat, l. ambiguitatem. C. de vsum fructum. VII. Modus, Quod si quis uxori suæ legauerit centum aureos, si caste & honeste vixerit, ipsa tamen ad secundas nuptias transierit, legatum non vitatur, per transitionem secundarū nuptiarum. Quia nubēdo etiam caste & honeste viuit. Restringitur tamen ista limitatio, si testator aliter senserit, vel loquendi vsus aliter habuerit. Quia communis vsus loquendi præfertur propriæ significationi secundū Inno. in c. olim de verbo signi. Idem sentit Panor. in c. ut clericorum. de vita

achoneſ. clerico dicēs, quod deberet addi, ſi in viduitate manſerit. Aliqui tamen dicunt, ſi nubat, ſe amittere legatum. Quia per hoc læderetur fama mariti & ſuorum, ſtandum tamen eſt ſecundum commu. opinio. intellectui teſtatoris, qui intendit, quod alteri minime nubat, quod nonnulli verum intelligunt, ſi teſtator eſt ſimplex, & nulla literarum ſcientia inſtructus. Secus ſi literis præditus, voluntas tamen teſtatoris ſemper pro lege habenda eſt. Quamvis in teſtamenti plenius voluntates teſtantium interpretemur, nam agitur de intereſſe publico, quod teſtamenta locum habeāt l. vel negare. ff. quemad. teſtam. ap. l. Gallus §. ſi is. vbi Bald. ff. de lib. & poſt. Et ꝑpter hoc ſi agitur de intereſſe publico, lata etiam ſit interpretatio l. 2. vbi Bar. ff. de his qui not. in fa. paratam tamen legata in teſtamenti etiam exigunt executionem. Bart. & D D. in l. fin. C. de edict. di. Adr. tol.

Requiſit.

Erſi fauorabilior erit interpretatio

in teſtamenti, quam in legatis. §. fin. l. ſi plures ff. de condi. inſtitu. tamen quoq; legata paratā habere executionē manifeſti iuris eſt, & nō poſſe aliter relinqui legatum, niſi in teſtamento. & codicillis. Ideo teſtamētū, q̄a eſt actus indiuiduus, pro parte valere non poteſt. Cyn. in l. furioſum. C. q̄ teſta. fa. poſſ. Bald. in l. ſi is q̄ leg. ff. de teſta. Quia ius accreſcendi introductum eſt, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. iuxta nota. gloſſ. in l. ſi ſeruus commu. ff. de acqui. hæred. Bar. in l. i. §. his ita. C. de cadu. tol. Ampliatur habere etiam locum in pupillari ſubſtitutione, quam facit pater ꝑ filio. Bald. in l. ſed & plures. §. ad ſubſtitu. ff. de vulga. Ampliatur etiā in hærede, qui non poteſt hæreditatem pro parte accipere, & pro parte recuſare. l. 1 & 2. ff. de acquirēd. hæredi. vbi teſtari, codicillari, & legare ad hoc æquipollent, vt, qui poteſt vnum, poſſit & reliquum. ff. de iure codicill. l. diui. §. codicillos.

G

OBSERVATIO VLTIMA.

De hereditibus ab intestato delatis.

QVÆSTIO.

Vtrum per aditionem solam dominium & omnia iura trāseant in hæredem secund. l. cū hæredes in prin. ff. de acqui. poss. ?

Respondeo.

Bart. in l. fin. ff. de fideicomis. hæred. per. adducit rationem solam, aditionem non facere, quominus hæreditas dicatur, & sequitur gloss. in l. i. tit. eo. in verb. hæredi quæ dicit, solum hæredi vel fideicommissario dari petitionem hæreditatis, antequam sit cōsequutus possessionem bonorum hæreditatis, sed post acquisitam possessionem, si desinat possidere, non dari petitionē hæreditatis, sed rei vindicationem. Quia tunc actionē rei vindicationem intēdere potest. II. Idem Bar. adducit hanc rationē, videlicet res hæreditarias desinere per possessionē, si eam hæres nactus fuerit: secus vero, si non. Alex. in conf. 89. col. pen. in prin. l. ii. hanc opinio,

opinio. Bar. approbans concludit, petitionem hæreditatis & interdictum quorū bonorum, non posse hæreditari, qui semel fuisset consequutus possessionem bonorum. Conclusio ergo erit, prædictorum hæreditatem, & res hereditarias dici ante acquisitā possessionem: Ergo sola aditio non facit quominus hæreditas dicatur. Confirmat Aret. in rub. de acquiren. hæred. III. Alia hic ratio adducetur. Quamvis enim per aditionem dominium rerū hæreditatis, vnitū sit cum patrimonio hæredis. l. sed si plures s. filio ff. de vulg. & pupill. nondum tamen adhuc facta incorporatione, hæreditatis nomen non amittit, vbi alludit ad simile in fisco, nam ei bona vacantia ipso iure acquiruntur, non tamen ante incorporationem. Paulus de Cas. alias rationes decidēdi adducere solet. Ratio. I. Per solam enim aditionē res desinere hæreditarias, pariterque desinere hæreditatem asserit. II. Per solam aditionem dominium & omnia iura transire in hæredem. l. cum hæredes ff. de

acq. poss. Ideoque statim desinere hæreditatem, quia bona sunt hæredis, qui adiuerat. III. Ratio: quia quamprimum adita est hereditas, tunc confunditur cum patrimonio hæredis. d. l. sed si plures. ff. de vul. & pupil. Et cõcludit hoc fieri etiam ante acquisitam possessionem. Est autem bonorum possessio ius succedendi. Bart. in l. 3. §. bonorum ff. de bono. posses. Seu est ius persequendi retinendique patrimonii, siue rei, quæ cuiusque mortui fuit. Ea a. est ordinaria & extraordinaria. Ordinaria per quã non solum possessionem, sed etiam dominium consequimur, gloss. in l. 1. ff. eod. & fit ratione testamenti, & ratione intestati. Ratione testamenti vel bonorum possessio cõtra tabulas, a prætore introducta est propter liberos siue naturales, siue adoptiuos, siue emancipatos siue adhuc in patria potestate existentes, quia ij propter præteritionem petũt testamentũ illud nullũ. l. nō putauit. ff. de bono. posses. cõtra tab. §. adhuc. **Wan Sohn/ Tochter / oder Enckel / in ihres Vatters/ Mutter**

Mutter/ Vnsern/ Anfrauwē/ oder anderer Eltern in ascendente linea vnanzeige- ter verursachen/ außdrücklich exhæredirt/ vnd stillschweigend præterirt, mag der einsatz begert werden. Vel bonorũ possessio secundum tabulas, quæ competit hæredibus institutis aut substitutis in testamēto ex volũtate ipsius testatoris. gloss. in s. sunt autem. fin. col. & l. 2. §. defertur ff. eod. Haben hierinnen die instituirten erben / soviel den einsatz betrũrt / den vorgang/ vor allen erben vom gebliet / so lang disputirt oder gezwweifelt wũrde / ob ein Testament kräftig vnd rechtmessig sei oder nicht / Es haben auch die erben ab intestato zu des verstorbenen gut kein gerechtigkeit/ bis zu vollkommener austrag der sachen. Ratione intestati: I. Bonorum possessio competit, vnde liberi. Hac vtuntur liberi emancipati olim lege io. tabularum a successione patris ab intestato repulsi. II. Vnde legitimi. Quæ successio post suos hæredes vocat agnatos. III. Vnde cognati: extinctis enim omnibus agnatis, in successione defuncti, cognati fisco

præferuntur. IV. Vnde vir & vxor. Qua hodie deficientibus collateralibus tā agnatis, quā cognatis in decimo gradu, vir ad successionē vxoris, & vxor ad successionē viri admittitur excluso fisco. Extraordinaria possessio, p̄ quā aut dominiū rerū, aut possessio tantū tribuitur, cuius species alibi tradūtur. Communiter sic obseruatur. Wer den einsatz der güter erlanget / der hat alle abnutzung / vnd das ganze nießlich eigenthumb / aber das rechte eigenthumb des guts / wirdt durch solchen einsatz nicht erlanget / sondern bleibt bey dē rechten Erben / darumb dan solcher einsatz desto ehe ertheilt wirdt / dā derselbig gibt dē besitzer kein eigenthumbliche gerechtigkeit. Zum fall / das einer dē einsatz erlanget der ander theil aber / welcher solchen einsatz wiederfochten / verlißiget worden / so kan vñd mag doch derselbige so verlißiget / den obliegenden / vñd neuwē vmb die eigenthumbliche gerechtigkeit in petitorio beflagen. Do dā durch ihn solcher gestalt in petitorio außgeführt / das solches gut ime zustendig / so muß alsdan der besitzer vñd was weg ehr zu de possessorio kommen ungeachtet dauon wiederüb ab stehen. vñd solches dem kläger

in petitorio volgen lassen / l. officiū ff de rei vēdic. Es soll auch die rechtfertigung der possession zu ersten erörtert werdē / wo nicht allein wegen des possessorii sondern auch des petitorii vñd beydē theiln gestrittē wirdt / wann solches beschehē / alsdan mag der vorlustigste theil vmb das eigenthumb in petitorio klagē. l. incerti iuris C. de interdict. Quid nā successio ab intestato sit nūc videamus: quæ quidē est vniuersalis acq̄sitio bonorū hæreditariorū per p̄ximos cōsanguineos, aut alios, qbus hæreditas debetur. Vñd schleußt ieder nächst den fernern auß / es wolten dan die nächstē die erbschafft ab intestato nicht annemē, defuncto non post se relinquet testamentū, vel cōdito quidē testamēto; sed postea rupto vel irritofacto, vel nullo existēte hærede in tali testamēto l. i. §. i. ff. de suis & leg hæred. l. intestatus ff. de verb. & rer. signi. Etenim successioni ab intestato locus esse nō potest, exstāte testamento solēni inscriptis, vel nūcupatio condito. l. quā diu ff. de acquirere vel amittend. hære. l. antequam C. communia. de success. Proximus autē agnatus hæres scriptus.

vel ex testamento, vel ab intestato, hæreditatē adire potest, sed vtraq; via ad præstāda legata tenetur. l. 5. si quis omi. cau. testa. Et si olim graduum magna diuersitas exsistebat, secundum diuersa iura, siquidem de iure duodecim tabularum olim triplex dabatur ordo, videlicet suorum hæredum, fisci & agnatorum, de iure vero ciuili quadruplex: suorum hæredum, agnatorum, cognatorum & fisci: Hodie tamen de iure Auth. graduum numerus quintuplex succedēdo in hæreditatem, datur, qui numerus reliquis duobus videtur esse vsitator. I. Descendentium. II. Ascendentium. III. Collateralium. IV. Viri & vxoris. V. Fisci: Priorū trium graduū meminit ius Auth. tit. de hæredita. ab intesta. venient. Colla. 9. Quarti fit mētio in tit ff. & C. vnde vir & vxor. Quintus vero gradus sedem occupat ordinariam. l. vacātia. C. de bonis vacantibus lib. 10. Secundum itaque horum graduū distinctionem instar exempli Dyni & aliorum D D. materiam successionis ab intestato discussurus, aliquot certas regulas traditurus sum.


I De successione filiorum naturalium & legitimorum simul.

REG'VLA I.

Libri naturales & legitimi simul ex iustis nuptiis seu legitimo matrimonio nati, tam masculi quā foeminæ, siue in patria potestate existentes, siue emancipati, hodie omnibus aliis præferuntur & suis ascendentibus æqualiter succedunt in capite. Auth. in successio. C. de suis & legi. hære. Successio v. in capita hæc est, si singuli hæredes æquas portiones hæreditatis consequuntur, quibus ius succedendi cōuenit. Neque ab hac successione legitimi excluduntur. Nā naturali filio legitimo, vel p subsequens matrimoniū, vel per rescriptum Principis, vel per oblationē Curie, vel per testamētum, patris confirmatū a principe, successio non conferatur solū filio legitimo, respectu omnium bonorum, sed fulgore radiisq; dignitatis & honorū illustrantur. c. tāta est vis. & ibi gloss. super verb. legitimi. extr. qui filii sunt legitimi. Hinc singulariter dicit Ang. in §. quod vero in


fin. in Auth. quibus mod. natu. effi. sui. Quod si fœmina naturalis tantum nupta sit viro legitimo & naturali, ipsam etiam propter qualitatem mariti effici legitimam. Nam capacitas viri ad uxorem porrigitur. Bald. in l. si quis. C. de natu. lib. dubium non est. Quinimo legitimatus per subsequens matrimonium haud fastigio quidem Episcopatus summo censendus erit indignus. gloss. in c. innotuit, in verb. coniugata. ext. de elect. & electi potestate, fitque hoc ob honorem matrimonii. Amplia. hic text. Quia hoc modo per omnia legitimatus censetur, non solum in allodialibus, sed in feudalibus etiam secundum D. D. decisiones. Bald. in §. naturales. tit. si de feudo defuncti contentio sit. in vsib. feudo. & in l. cum iis C. de naturali. lib. Si enim dignitatis honore exornandus, multo magis hæreditas sibi erit conferenda: Conclusio, vt tam patri suo naturali, quam eius agnatis succedere possit æqualiter. Bart. in §. ad hoc. Auth. vt liceat matri vel auiæ. Restrincit

Restrincitur in legitimato per oblationem curiæ, vel rescriptum Principis, et si iure patriæ potestatis nondum solutus, tamen quoad omnia non legitimatur. Nam in allodialibus bonis tantum patri succedit, qui est legitimatus per curiæ oblationem. §. filium in auth. quib. mod. natural. effi. sui. coll. 7. Verum legitimati per rescriptum Principis expertes sunt omnis dignitatis paternæ, sed soli existentes admittuntur ad hæreditatem patris & agnatorum ipsius, quod tamen fieri non potest aliis legitimis exstantibus.



Quæstio de successione
Ioannis.

Nepos ad successionem Ioannis ve-
luti aui, & excludit proauum scilicet
Christophorum.



Quæstio de successione
proau.

Quatuor hi nepotes succedunt pro-
auo, vna cum duobus superstilibus i-
pſius filiis ſci. Simo. & Paulo in ſtirpes
quidem, nec in capita, ſ. cum itaque, in
ſtitu. de hæreditat. quæ ab inteſtato
deferuntur. Imperator etiam non ſolū

naturales, ſed etiam inceſtuofos, aut li-
beros ex coitu illicito progenitos legi-
timare poteſt. l. qui in prouin. §. i. ff. de
ritu nup Bart. in l. 2. ff. de verb. obliga-
tio. Die Eheſichung ſo durch Päbſtliche/
Kaiſerliche oder andere reſcript fürge-
nommen/ſeindt dē geehlichtē zū Väterli-
chē allem /vnd zu keiner andern Erbschafft
ſie ſeind in auffſteigender oder beyſeytlicher
linien/fürträglich.

REGVLA II.

Nepotes cum liberis naturalibus ſi-
mul vel legitimatis concurrentes, ſuc-
cedunt iplis aſcendentibus in ſtirpes,
propter ius repræſentationis, hoc eſt,
tantā partē hæreditatis capiunt, quan-
tam pater eorum accepisset, ſi ſuper-
ſtes eſſet. Nam nepotes patris ſui præ-
mortui vicem ſuſtinent, eiufque per-
ſonam repræſentant, vnde fictione iu-
ris in pari gradu cum aliis ſuperſtitibus
liberis in ſucceſſione aui vel paterni,
vel materni reputantur. §. cum fi-
lius & §. ſin. hoc titu, Discrimine tamē
hoc obſeruato, liberos quidem in ca-
pita, nepotes vero in ſtirpes ius ſucceſ-
ſionis

sionis sustinere, quia nepotes locū patris sustinent. §. cum filius filiaue. Auth. in success. C. de suis & legitis. Successio autem in stirpes fit, quando portiones inæquales diuersis personis respectu stirpis pro portione geometrica applicentur. Simili modo de pronepotibus, tam ex filio, quam filia natis, & de aliis descendens concurrentibus cum filiis ascendentium statuendum. glo. super verb. proinat. §. intestato hoc tit.

II De liberorum naturalium tantum & legitimorum tantum successione.

REGULA I.

Naturales liberi tantum extra legitimum matrimonium ex viro vno, vnaque concubina in domo retenta, & vxoris loco habita, progeniti, suo parenti naturali succedunt ab intestato, non existentibus aliis naturalibus & legitimis vel coniuge legitima, in duabus vnciis, hoc est, in sexta hæreditatis parte. Nam si defunctus in bonis sit habiturus 200. aureos, naturales vna cum

cum sua matre ex patris sui naturalis hæreditate capient 200 aureos, ita vt naturales vnam portionem, & mater aliam accipiat, fiatque successio in capita. §. si consideremus in Auth. de triente & semisse, Colla. 3. Dicitur enim hæreditas as, pondus duodecim vnciarum: hoc ordine secūx vna vncia: sextans duæ, sexta pars hæreditatis: quadrans tres, quarta pars: triens quatuor vnciæ, tertia pars: quincunx quinque: semis sex, dimidia pars hæreditatis: septūx, septem: bes octo: dodrās nouem: dextans decē: deunx vndecim vnciæ. Assis vero appellatione continentur duodecim vnciæ. Insti. de hæred. institutu. §. hæred. Restrigitur tamē superior text. in naturalibus: si extiterint legitimi & naturales simul, tunc naturales liberi ad successionem paternam non admittuntur, Amplia. alendi tamen sunt pro facultatum ratione a legitimis, boni viri arbitrio saltem, Auth. licet, C. de naturali. libe. etiam si nepotes aut pronepotes auo suo naturali ab intestato succedere nō possunt,

l. fin. C. de naturali. lib. ad matris tamē etiā illustris, & aliarū ascendentiū lineæ fœminæ, nō liberi naturales tantū, sed eorū nepotes & p̄nepotes etiā cum aliis naturalibus & legitimis simul, successionem æqualiter admittuntur, liberi quidem in capita, nepotes in stirpes l. si qua illustris, §. 1. C. ad S. C. Orficianum.

REGVLA II.

Adoptiui liberi ab extraneo, si in adoptione vsque ad obitum adoptantis permāserint, æqualiter cum aliis liberis naturalibus & legitimis simul ab intestato ad successionem admittuntur, tam adoptantis, quam parentis sui naturalis: licet enim in adoptantis potestatem non transeant, eadem tamen ratio suorum heredum ipsis contingit. Nullis vero naturalibus & legitimis superstitionibus, liberi legitimi soli succedunt patri adoptiuo, adeo vt etiam defuncti parentes excludantur. Non extenditur text. ad successionem agnatorum & cognatorum. Quia ab ea successionem excluduntur. l. 2. §. liberi ff. ad S. C.

S. C. Tertul. Adoptati vero filii familias ab ascendente, hoc est, auo vel paterno vel materno, in potestate sui patris esse desinunt, & soli adoptanti, concurrentibus duobus vinculis in istiusmodi filiis, vnum naturæ, alterum adoptionis, instar filiorum naturalium & legitimorū simul succedūt. §. sed hodie. Insti. de adop. durāte adhuc adoptione.

REGVLA III.

De spuriorum incestuosorum & spiritualium successionem.

Regula I.

Spurii, quorum mater luxuriæ, cum omni ætati turpi, tum senectuti fœdissimæ, polluta scelere, adeo vt tanquam distorta atque infamis cum multis viris habuerit turpitudinem seu consuetudinem, & a confusione seminis originem traxerit, ob incertitudinem suorum parentum omni hæreditatis successionem paternam, aut aliorum ascendentiū lineæ paternæ destituuntur. l. si spurius. ff. vnde cognati. Quinimo a successionem etiam illustris matris excluduntur, siue ex testamento, siue

ab intestato, aliis existentibus liberis naturalibus & legitimis simul. l. si qua illustris C. ad S. C. Orficianum. Amplia. tamen. Quod si liberi naturales & legitimi non exstiterint, soli spurii exstantes, tam ex testamento, quam ab intestato matri illustri succedere possunt. §. nouissime. Instit. de S. C. Orficiano,

Regula II.

Incestuos similiter, nec patris nec matris successione, siue ex testamento, siue ab intestato, gaudere possunt, hi n. ob indignitatem nominis filiorum omni hæreditate paterna non solum, sed alimentorum quoq; subministrati-
one priuantur. Auth. ex complexu. C. de incest. & inutil nup. Spirituales quoque filii in nihilo succedunt parentibus suis spiritualibus. Nominantur autem spirituales, quod ex sacro fonte secundum Panor. in c. tanta. extr. qui filii sunt legi. leuentur. Ampli. Necessitate tamẽ permittẽte a parẽtibus spiritalibus aluntur, aliis nõ exstãtib; consanguineis cõiunctis. Bald. in Auth. nisi rogass. ad S. C. Trebellia.

De ascendentiũ successione.

REGULA I.


Descendentibus liberis non superstitibus, ascendenti lineæ parentes reliquis præferuntur in successione defuncti. Itaque æqualiter hodie succedunt pater & mater filio præmortuo, tam in patria potestate existẽti, quam emancipato, hæcque successio non solum habet locum in castrensi peculio vel quasi, sed etiam in aduentitiis, per filium ab extraneo quodam acquisitis. Authen. defunct. C. ad S. C. Tertull. Verum in bonis aduentitiis ex linea materna acquisitis, mater regulariter patri, e cõtra in acquisitis ex linea paterna, pater matri, in successione filii defuncti præferendus est. Auth. itaq; vbi & Bart. C. commu. de successio. Idem de aliis ascendentiibus solis statuendũ, inter quos bona defuncti æqualiter in duas partes vtrinque diuidenda erũt, ascendentiibus paternis vnã partem capientibus, alteram maternis.

REGULA II.

Quod si cum parentibus aut aliis ascendentibus simul concurrerint fratres & sorores, defuncto utrinque, hoc est, utroque latere coniuncti, sublata omni differentia sexus patriæ potestatis & emâcipationis, succedunt simul cum iis æqualiter in capita. d. Authen. defunct. Idem ius statuendum & in parentibus aut aliis ascendentibus concurrentibus cum fratrum aut sororum liberis de defuncti successione. Amplia. hoc speciale in fratrum & sororum liberis utrimque coniunctis, non tamen extenditur ad eorum nepotes, d. Auth. defunct. Und Erbē nicht allein geschwistriget mit ihrem Vatter / Mutter / vnd Anherm / sondern die ientigen so mit den verstorbenen von beyden bandē geschwistriget / oder geschwistriger kinder gen esen die aber eines bandes allein / werden aufgeschloffen. Quamquam ascendentes in successione defuncti præferuntur fratribus aut sororibus ex vno tantum latere coniunctis, hinc frater utrimque primi matrimonii extincta matre non succedit fratri uterino, seu filio secundi


matri-

matrimonii, sed per vitricum suum, qui defuncti pater est, ab eius successione excluditur: tamen ascendentibus & fratribus & sororibus defuncti vnius & eiusdem lineæ existētibus, propter similem cognationem æqualiter inuicem successio fit, ut mater & filius ex primo matrimonio, extincto marito & filio ex secundo matrimonio nato, æqualiter ad filii defuncti admittuntur successione. d. auth. defunct. ibi Paul. de Cas. C. cod.




Quæstio de successione præmortui filii Iohannis? pater & mater ascendentes succedunt filio præmortuo vna cum duobus superstitis liberis Chri-


stoph. & Catha. vtrimque coniunctis. Auth. defuncto, vers. sed si cum parentibus in verbis proximis, & ibi glos. & D D. & §. consequens. Auth. de hæred. ab intestato venientibus, Ferrariens. in formula libelli §. 3. nu. 25.




Quæstio de successione p̄mortui Petri: tres nepotes loco patris sui propter ius representationis succedunt Petro p̄mortuo, vna cum auo & patruo in stirpes sc. non in capita.



Quæstio de successione Petri? Pater succedit filio suo Petro cum duobus relictis liberis Sigif. Christoph. & excludit maternū auunculum.



Quæstio de successione Lucae? Auus & auia succedunt prædefuncto nepoti Lucae cū eius fratre vtrinque coniuncto Sebastia. simul & Christophoro Ciliani filio, propterius repræsentationis.



Quæstio de successione Nicolai? Leonhardus & Vrsula succedunt Nicolao vnacū Fabiano. Iohanne, & Sibilla, & excludunt Petrum ex vno latere.

De collateralium naturalium & legitimorum simul successione.

REGVLA I.

Quod fratres & sorores vtrinque

coniuncti siue sint legitimi & naturales simul, siue per subsequens matrimonium legitimati, exclusis fratribus, aut sororibus, ex vno tantum latere coniunctis defunctis fratribus aut sororibus in bonis paternis & maternis, etiam aliunde quæsitis succedunt æqualiter in capita. Auth. cessante. C. de legit. hæred. §. si igitur defunct. l. 2. Auth. de hæred. ab intesta. venien. Et dicuntur vtrinque cōiuncti qui, ex vno patre eademque matre, quos alias germanos nominamus, nati sunt. Suntque in triplici differentia. Quidam germani, de quibus iam mentio facta. Quidam consanguinei, quibus idem pater existit, diuersæ autem matres. Quidam vterini quibus vna est mater, sed patres diuersi. Hinc consanguinei fratres ad successionem sui fratris consanguinei vocantur exclusis vterinis, quantum ad acquisitionem bonorum paternorum spectat. Ferr. in forma libelli §. 3. nu. 29. per tex. in l. de emancipat. §. cum enim. C. de legi. hære. Vterini vero quantum ad bona materna ad suc-

cessionem sui defuncti fratris uterini admittuntur exclusis consanguineis fratribus. Ampliatur; in bonis tamē aliunde quæsitis ipsi defuncto fratres consanguineos & uterinos æqualiter succedere, communiter DD. sentiunt & Auth. itaq; C. Communia de successio.


REGULA II.

Quod filii prædefuncti fratris utriusque coniuncti ad successionem defuncti cū fratribus & sororibus ipsi defuncto utrimque coniunctis in stirpes vocantur, d. Auth. cessante. & §. si igitur defunctus. Auth. de hæredita. ab intesta. venienti. Ius etenim representationis in successione fratrum quoque liberis saltē confertur, & ad ulteriores collaterales non extenditur. Auth. post fratres l. 2. & Auth. de hæred. ab intesta. veni. d. §. si defunct. Insuper etiā filii prædefuncti fratris, ipsi defuncto utrimque iuncti, excludunt fratres ex vno tantū latere ab hac successione, respectu iuris representationis & duplicis vinculi scilicet agnationis & cognationis, quod in parente, simulque & in matre concurrat;


quamvis vero gradu consanguinitatis remotiores sint iis, vno vinculo saltem coniunctis. d. Auth. cessante.

REGULA III.


Quod filii aut filia ex pluribus fratribus & sororibus nati natae, etiam si numeri inæqualis, patruo tamen defuncto, non in stirpes, sed in capita hodie inuicem succedunt. Quod hoc ius in capita extenditur, decisio Azo. in summ. sua. super Rub. C. de legi. hære. quem Bald. & Salyce in d. Auth. cessante, imitatur, notant, observatur. Hæc extensio quoque per constitutionem Caroli Quinti Imperatoris in Spiren-sibus Comitibus anno milles. Quingentes. viges. nono promulgata approbata solet, cuius Constitutio. meminit Art. 29. Quicumque in super Collateralium gradu ipsi defuncto sunt propiores, in successione remotiores excludunt d. Auth. post fratres. l. 2. C. de legi. hæred.



Quæstio de successione, Friderici, Ursula & Barbara filia Johannis relicta succedunt patruo Friderico propter ius repræsentationis, & excludunt a successione priores tres ex vno latere.



Quæstio de successione Marci. Henri. & Ursul. succedunt Marco vna cum Laurent. & excludunt aui s. Erhardi fratrem Philippum.



Quæstio de successione Ioannis, Filii superstites Andreae succedunt Ioanni cū quatuor superstitibus, in semisse, id est, dimidia parte, & reliqui quatuor in alio semisse, secundum communem D D. opinionem. Vide gloss. in d. Auth. cessante. C. de legiti. hæredi. Hodie tamen filii aut filia ex pluribus fratribus aut sororibus nati nataeque quamuis numero inæquales sint, tamen defuncto non in stirpes, sed in capita, succedunt. approb. Azo. in sum. sua sup. Rub. C. de legiti. hæred.

ULTIMA REGULA.

Deficientibus omnino descendentibus, ascendentibus collateralibus, tandem viro & vxore non superstitibus, neq; aliis hæredibus existentibus, con-

fertur successio fisco. l. vnica. C. de bonis vacant. Fiscus autē dicitur Camera Imperialis siue pecunia Principis, constans canone, oblatione, & indictione. Auth. Ascanio Pedia. quem refert Alcia. in l. inter publica nu. 2. & 3. ff. de verb. & rerum signifi.

Absolutū est hoc cōmentarium Dei annuētis subsidio, q̄ faxit vt hæc omnia gesta ac tradita optimis auspiciis pro Reip. salute videātur geri, pridie Lauren. gloriosi martyris, qui sæuitiā torquētis nec vllō horruit modo, sed animatus doloris discrimine plus, quam extinctus fuit, id sane in augmētū virtutis sibi assumēs, prædurantibus licet guttis resultās vngula recurrerit in vulnus, immobilis tamē pœnis suis fortior stetit: quiq; tandē victo graui tormētorum genere populiq; freudentis circūstrepentisque superata inuidia glorioso martyrio coronatus, in cœlestēq; beatorum cumulum gloria maxima redundantē exceptus, de operibus accepit coronas candidas, & de sanguine purpureas. ANNO M.D.XCV.